



1  
© 2008 Real Acad

III

6

E - 49



PAP.

I. C. VIACII  
I. C. AD LIBROS QVA-  
TVOR INSTITVTIONVM

D. N. IUSTINIANI  
NOTAE

6  $\frac{III}{E-49}$

Priores & Posteriores,

NUNC PRIMVM IN VNVM COR-  
pus redactæ in studioforum maximam utili-  
tatem, Quia posterioribus notis, parum aut ni-  
hil prioribus derogatur, ita vt tam priores,  
quàm posteriores suo periculo ratas,  
auctor esse voluerit.

*Eiusdem ad Vlpiani Titulos XXIX. Nota.*

Præfixa etiam est vita auctoris.



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Mono-  
cerote, M. D. LXXXII.

Cum Priuileg. Cæsar. Maiest. ad decennium.

*J. J. B. v. l. e. g. p.*



# IACOBI CUIACII IURECONSULTI, VITA,

*Papirij Massoni opera & stilo conscripta.*

**I**ACOBVS Cuiacius Tholosas, quod po-  
steri fortassis mirabuntur, seipsum in  
Græcis ferè Latinisq; politioribus lite-  
ris nullo docente erudijt: quam ob cau-  
sam à nobis raro præclaroq; nomine *αὐτὸς ἰδαντος*  
appellabitur: ac iuris Romani radices tanta cura  
effossas in lucem protulit, vt cæteri antè ignorasse  
illas, ipse solus post multos & quæsiuisse diligen-  
tius, & penitius inuenisse videatur. Sanè nullus  
hac ætate, siue in Gallia, siue in Germania, aut Ita-  
lia, alijs siue prouincijs iuris interpretes fuit, qui nõ  
deberi plurimùm Cuiacio putauerit, ob exponen-  
di iuris Romani solertiã. Tholosæ primùm illi sci-  
entiæ operam dederat, Arnaldo Ferrerio illustri  
Iureconsulto docente; cui postea Commentariũ  
de vsurpationibus & vscapionibus inscripsit. Ve-  
rũ malo quodã Tectrosagum Volcarumue genio  
accidit, vt ibi in petitione cathedræ repulsam pa-  
teretur, prælato Midæ auribus Apollini Marsya,  
id est, Stephano Forcatulo Beterensi, homine in-  
sulso & ad docendum minus idoneo. quæ prima  
ei ac præcipua relinquendæ patriæ, vt ingrata,  
causa fuit, Cadurcumque migrandi, mox Bituri-  
gas, quò eum Michaël Hospitalius, Margaritæ,  
tum Henrici II. Francorum Regis sororis Can-  
cellarius, euocauit. Omnia ferè Doctorum at-  
que interpretum iuris volumina iam pridem lege-  
rat, nullis tamen ex ijs sordibus contractis, purè  
atque

atque dilucidè in auditorio perpetuò docuit: id-  
 que munus per quadraginta fere annos, continua-  
 tis noctu diuq; laboribus, subiit, mirabili iuuen-  
 tutis còcurfù, seu Tholofæ profiteretur, quæ pro-  
 pter hunc suū alumnū Palladia iterum dici po-  
 test, seu Duionę Cadurcorum ad Oltam annē, seu  
 Biturigis Cuborū ad Auaronē, seu Valentiaę Ca-  
 uarū ad Rhodanum; vbi & Franciscum Rhoaldē-  
 sum Rutenum IC. moribus & eruditione eximiū  
 collegā habuit: seu Taurinorū Augustæ trans Al-  
 pes, inuitatus ab Emanuele Philiberto regiōis il-  
 lius principe, Margaritæ Francia marito; seu Bi-  
 turigis iterū magnis ciuiū precibus eò tandem re-  
 uocatus. Vt enim apes Regē suum quocuuq; ierit,  
 sic adolescentes iuris studiosi, Cuiaciū sequeban-  
 tur: veneruntq; è Germania, alijsq; lōginquis pro-  
 uincijs, in Galliā cōplures omnib<sup>9</sup> virtutibus po-  
 siti, tantū vt Cuiaciū velut alterum Liuium vi-  
 derent, vtq; cum eo colloquerētur. Verborū vim  
 atq; analogiam ad primè calluit, antiquiorum iu-  
 ris auctorū exemplo, historiæq; veteris notitiam,  
 ac maximè Romanæ, utilissimā iuri explicādo, &  
 perniciosè ab omnibus fere interpretibus antea  
 neglectam, in magno pretio habuit, eaq; vt hamo  
 aureo piscari se in iure ciuili, & abdita scrutari,  
 trahereq; è tenebris in apertā lucem testabatur.  
 Scripsit atq; edidit quāplurima quæ & stilo & gra-  
 uitate rerū, Africanum & Papinianum redolent,  
 mentione in ijs facta amicorū per quos profece-  
 rat; quod magna ingenia laudē ex alienis habitu-  
 ra perinde ac suis sæpè fecerunt. Ex ijs primū om-  
 nium opus Notarum ad Regulas Vlpiani ab illo  
 Tholofæ adhuc agente conscriptū, fundamenta  
 continet iuris deinceps perpetuò seruata inædifi-  
 cataq;: quod vt solidæ iā tum doctrinæ, certi q; iu-  
 dicij



dicij argumentū, non vulgaris erūditiōnis hominibus deinceps admirationi fuisse video. Ceterū exquisitissimos codices rerū abditarū, omnisque generis scriptorū antiqua exēplaria habebat, studiosissimè per omnē Galliā inuestigata erutaq; è situ ac puluere, quēdā etiam aliunde nec sine ingēti sumptu aduecta, non aliter æstimans quā lineas margaritarū: quorū Iosephum Scaligerum Iulij filium Nitiobrigū Aginno ortū eruditissimū virū, dein etiā Academiam Biturigensem hæredem se relicturū in priuatis colloquijs nō semel dixisse fertur, præsertim post amissum Iacobū filium iā puberē, quem ex priore vxore Magdalena Roria, Frāc. Auenionēsis Doctoris medici filia suscepit. nā ex secundis nuptijs, quas iā senex cū Anna Heruæa ex clara honestaq; familia apud Biturigas cōtraxit, vnica ei filiola, Elisabetha superest. Dictauit è suggestu plura longè quàm edidit, edidit nō nisi ad id selecta à se cupiēs: plura, inquā, etiā ad ius Pontificiū pertinentia, aliquot annis ante mortē conuersus ad Decretaliū interpretationē, prius quidē aliquatenus neglectā aut potius sepositā, sed in flexu ætatis habitam in pretio. Vt verò Cuiacij cæteras virtutes ac laudes plena manu in astra beneuoli auditores ferebāt: ita hoc mirandū in modū suspicere ac prædicare soliti erāt, & meritò quidē, quòd, seu difficiles, seu non vsq; ad eò obscuras leges expositurus esset, cōtinuas sex, vel septē, aut octo horas singulis lectionibus meditādis digerendisq; impendebat, ante quā auditorij suggestū conscenderet: ac si qua de re vel tantillū non satis sibi liqueret, vtrò cōperendinabat: id à se sibi suæq; existimationi tribui prædicans. Tāto autē amore studiosos auditores cōplectebatur, vt sæpè eis nō nihil pecuniæ lubēs crederet, interea

dum venientē à suis expectarēt:asserens, leges sine illo præsidio non satis bene habere. Ipse etiam honestū corporis sui cultum amans, lautè, & tamē frugaliter, vixit, conuiuis delectatus suis. Nec facultates ei deerant, publicis stipēdijs certatim euocato, vt aliquot ante obitum annis à Gregorio XIII. prudentissimo scientissimōq; iuris Pontifice Romano, qui illū Bononiā vt iret, literis hortatus est, pposito etiā maiore aliquanto honorario. Sed neq; dignitates & magistratus: Nam & cū Valentia doceret, Senatoris Cularonitani siue Gratianopolitani munere atq; officio, quoties voluit, Regis beneficio perfunctus est; pari etiā dignitate Taurini ei à Principe delata. Interdum verò, omissis studiorū laboribus, relaxabat animū curis, atq; epulabatur lautius, sumptibus etiā suis, cum selectissimis auditoribus, idq; ruri: & cū fermo de rebus ludicris incidisset, eū minimè auersabatur: vnū illud ægerimè ferens, si quid tū maximè ab eo de iure importunius quæreretur. Paulò ante mortē, pertæsus ciuiliū tēpestatum, cū vix libere studere posset, doceret tamē, & auditores dicerent, fuisse tēpus quo ipse multò accuratius docere solitus fuisset: Fuerit, inquit. an ideò Doctōris prolixa canities minoris æstimanda est, quia iuuenis perpetuò esse non potest? Diuturniorē quidē vitam aliquando optauit, vt nonagenarius demū decedere cuperet, Italo cuidam (Leonicensi opinor) id boni euenisse prædicans: sed fata eum orbi exemerunt Biturigis Cuborum, vbi multos annos cū magna & celebri laude docuerat: Vir quadrato corpore, statura breui, barba tum longa & cana, sed in iuuetute nigerrima, capilitio simili, colore candido, voce firma & clara. Decessit autē quinto Nonas Octobres, Mercurij die, anno à par-

tu Virginis millesimo quingentesimo & nonagesimo; publicoq; funere omnium ciuitatis ordinū ac collegiorum penè humeris elatus, in templo D. Petri ad Auaronis pontē sepultus, postridie etiā funebri oratione à Cl. Mareschallo clarissimo viro, & in Senatu Parisiēsi Consiliario Regio, studioso quondam suo, publicè laudatus est. Id verò moriēdi potius q̄ diutius viuēdi tēpus fuit, vsque adeò miseri tota Gallia eramus, propter ciuilia bella, quæ occiso Henric. III. Gallorum Rege sine liberis, interregnū quodāmodo accēdit, Henrico Burbonio Regium sibi nomen ac ius vindicante aduersus Carolum patrum: de qua controuersia Cuiacium rogatum vt scriberet, respondisse quidam ferunt: Corrumpi leges patrias & falsum committi, sibi quidem nefas videri. Sane mortuo Carolo, Henrici partes apertius tutari ac defendere visus est: quam vnā ob causam, quod inimicum Catholicæ parti vulgò dicerent, à plebe concitata penè oppressum ferunt. Literas quidē eius de ea re ad Ant. Oiselum amicū scriptas legi, vbi inter cætera hæc erant: Parū abfuit quin hæc plebecula me confoderet. Ipse nihilominus Catholicæ Religionis cultor fuit: quāquam de Theologicis quæstionibus interrogatus, respondere solitus erat: *Nil hoc ad edictum Prætoris.* Adolescēs, Antonij Goueani Iurisconsulti ingenium admirabatur: sed indiligentia hominis notata, nihil deteritus est: deterritū iri se dicens à iure tractando, si homo Lusitanus tātō ingenio tamq; subtili, labores ciuiliū studiorū seriò suscipere voluisset. Aduersarios habuit Duarenū forte ac vix parem, cæteros impares, & vilia tantū capita, scuticaq; , vt ipse quodā loco scripsit, dignissima. Hactenus de Cuiacio dictum sit, cuius pijs manibus breuissimum

simum hoc elogium benemerētis in communi luctu scripsimus, ac versus istos.

*Auctor iuris obis Cuiaci, & docta Tholosa  
Clara ortu, & Biturix redditur ipsa tuo.  
Viderunt amba florentem in iure Quiritum,  
Illa etiam nasci vidit, at ista mori.*

Ant. verò Oiseli, cuius supra mentionem fecimus, illud est singulare de Cuiacio carmen:

ΟΦΘΑΛΜΟΣ. ΝΟΜΙΚΩΝ. ΒΕΒΙΩΚΕΝ,  
ΚΑΙ. ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

At Petrus Pithœus sæpè ab illo in scriptis laudatus, epitaphium etiam scripsit quod adijciam.

IAC. CUIACIO. V. C.

TOLOSAL. ILLIVS. DVM. QVONDAM. PAL-  
LADIA. FVIT. ALVMNO. SVBCINERICIO.  
HEREDIQ. EX. ASSE. POSTVMO. ROMANI.  
IVRIS. A. SVMMIS. CONDITORIBVS. IN-  
TERPRETI. PRIMO. ET VLTIMO. CVI. QVID-  
QVID. PVRAE. NATIVAE Q. LVCIS. EI. SCI-  
ENTIAE. VNDECVMQ. ACCESSIT. AETAS.  
SVA. DEBET. POSTERA. ETIAM. SI. QVAE  
LEGVM. CVRA. MANET. DEBITVRA. EST.  
P. PITHOEVS. P. F. DOCTORI BENE. DE. SE  
BENE. DE. LITERIS. OMNIBVS. MERITO.  
M. P.

VALE. CUIACI. NOS. TE. ORDINE. QVEM.  
DEVS. ET. NATVRA. IVSSEKIT. CVNCTI.  
SEQVEMVR.

*Ne te artis fugit morientem gloria. Iuris  
Ius fuit auctorem iure cadente mori.*

Eiusdem esse dicitur & hoc parodicum.

*CUIACI Themidisq; vides commune sepulchrum:  
Conduntur simul hic, qui periere simul.*

AD

AD CONSTITVTIO-  
NEM DN. IVSTIN. DE  
Confirmatione Institutio-  
num, Notæ.



RANCICVS. Iga-  
thias i. Ιδσινιανός ὃν τοῖς  
προγράμμασι τοῖς βασι-  
λείοις φραγικός τε καὶ Α-  
λαμμανικός ἐκ τῆς γηραι-  
σικῆς τε καὶ λογοβάρδικος  
ἀνεκρῦπται ὡς δὴ τῶ-  
ν αὐτῶν τῶν ἐθνῶν ἀ-  
πάσι δὲ δλομμένων.

Iuuentuti. *Studiosis adulescentibus. §. sed ne in  
primis. inf. de legat.*

Imperatoriam. *Constitutio Iustiniani qua his In-  
stitutionum libris datur auctoritas qua & Oratio dici-  
tur. l. 2. C. de vet. iur. enucl. Institutio igitur σύστασις  
hæc est, non σωσίμιον.*

Decoratam. χιασμός καὶ τὸν τῶν χ' σοικεῖς  
τύπον

Legibus. *Legibus & Legionibus.*

Et Princeps Romanus. *Veteres Codices, alio or-  
dine, Et princeps Romanus victor existat, non  
solùm in hostilibus prælijs, sed etiam per leg.  
tra. cal. iniq̄ expelens, hoc sensu: Imperatorem non  
ex armis tantùm, sed etiam ex legibus gloriosam sibi vi-  
ctoriam comparare.*

Religiosissimus, *Iustinianus iuris auctoris siue Iu-*

A riscon-

ris consulti nomen & auctoritatem affectat. l. vlti. C. de legib. & iuris se religiosissimum dicit, vt Censorinus Platonem Philosophiæ sanctissimum.

Magnificus. Abest à vet. libris.

Barbaricæ. Hi sunt pagani, non Christiani.

Redactæ. Vet. deductæ. Gentes verò sunt, quæ à Satrapis reguntur, nec prouincia formam habent: de quibus in l. vlti. C. de temp. appellat. si quidem vt est in libris scriptis, ita in ea legatur, Armenijs vel gentibus: & l. vlt. C. de offic. mag. mil. quæ ex eis restituenda est etiam in hunc modum: & gentes Anzitenam videlicet, Ingilenam, Astianenam, Sophenam, Sophanenam, in qua est Martyropolis, Balabitenam, & primam. & quæ sequuntur.

Numerosæ. Tot scilicet vt vix adnumerari queant: vt in l. i. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necessar. numerosis rescriptis. sic namque & in eo loco legendum est, & in hac significatione vsi sunt hac voce alij auctores quamplurimi.

Tam à nobis promulgatis. Quidam cod. iam à nobis promulgatis, vel compositis. Promulgamus nostras, Componimus alienas.

Et cùm sacratissimas. Primum omnium Iustinianus Codicem fecit, tum Digesta, deinde Institutiones, ad extremum Codicem repetitæ lectionis. Prior Codex valet ex 6. Kalend. Maij. Indictione 7. Digesta, Institutiones ex 3. Kalē. Ianuar. Indictione 11. Posterior Codex ex die 4. Kalend. Ianu. Indictione 12. Ergo dum ait, Et cùm sacratissimas, priorem Codicem intelligit, non posteriorem. At Nouellarum liber diem non habet. Sūt earum sententiæ quedam ab Triboniano in Pandectas relata,

*lata, vt in l. vxores. D. de diuort. quæ tota, paucissimis, verbis exceptis, sumpta est ex No. Iustiniani 22. ipsumque oratiõis genus satis per se ἤευδ' πινυγαφίᾱ prodit. sunt & posterioris Codicis decisionum quinquaginta.*

*Confusas. Disidentes, nec benè & ordine digestas.*

*Profundum. Liuius 31. Prouideo animo in vastiore me altitudinem ac velut profundum inuehi.*

*Magistro, Magistro officiorum curæ sunt, scholæ fabricensium & agentium in rebus, disciplina palatij, cursus vehicularis. Quæstor leges, preces, laterculum minus: & vt est in Nou. Th de hom. ca. fa. Quæstor custos ex iustitiæ. Ex Quæstoribus sunt Codicillares, aut qui verè Quæstores fuerunt. Magistri officiorum dignitas Iurisconsulto & philosopho deferrebat: nam & quæstor aderat, & disciplina morum ad eum in palatio pertinebat, vt planè liceat sequentia verba, Sacri palatij nostri, ad magistri honorem referre. Et quæstura quidè functus iam erat Tribunianus, non etiã magisterio, quæ de caussa ex quæstore dicitur, & magistro nõ ex magistro.*

*Palatij nostri. Quæstorem & ex quæstore palatij sui, & quæstorè suã solet Iustin. dicere. l. 1. C. de vet. iur. enu. No. 20. Plin. itẽ 7. Epist. Quæstores Cæsaris fuimus.*

*Antecessoribus. Antecessores non sunt qui iura legesq; didicerunt, vt Hesychius scribit, sed & qui iura publicè docent, præsentq; viam studiosis adolescentibus. Theophilus iuris doctor fuit CP. Dorotheus Beryto.*

*Nõ ab antiquis fabulis. Ammia. Marc. li. 30. Iurisperiti vt altiº videãtur iura callere, Trebatiũ loquũtur, & Cascellũ, & Alfenu, & Auruncorũ Sicanorũq; iã diu eges ignotas, cũ Euãdri matre ab hinc seculis obruta smultis. Ab ipso ore principis, nõ ab antiquorũ iuris auctorũ re.*

*sponsis. l. 1. §. ad hac. C. de annal. except. Casiodorus eodem sensu. Princeps sententias prudentum à tuis fabulis exigebat. Capitolinus in Gordianis. Omnestuas fabulas vendebat. & alibi sepè apud Spartianū & Symmachū: & apud Cyprianum studentes fabula.*

*Animæ vestræ. Sic vet. et Oratio ad Antecessores.*

*Quod in ipsis rerum. Quod est in vsu. l. vlti. C. de iu dom. impet.*

*In ipsis rerum documentis & cottidiano vsu fori. §. pen. infr. de satisfat.*

*Vt & initium. Institutiones sunt initia legum eruditionis, vel vt infra, legitima scientia prima elemēta.*

*In quattuor. Vet. in hos quattuor.*

*Caij nostri. Hic Caius fuit Hadriani temporibus. l. vtrūm. D. de reb. dub.*

*Caij nostri ait, vt in extremo huius operis & in Oratiōe ad antecessores, quia eo auctore precipuè vsus sit, sicut de Scauola quo frequentur vtuntur, solent Paulus & Tryphoninus dicere, Scauola noster. Fuit autē Gaius Pij Antonini siue Adriani tēporib. l. nuper. de do. int. vir. & vx. l. vtrū. de reb. dub. quo nomine Italis si Eustathio credimus significatur ὁ καὶ δικός, vt nec malè tribuatur seruo. l. 9. C. de oper. lib. vnde & in coemptiōibus illa verba, vbitu Gaius, ego Gaia, At commentarij Gaij l. 5. 4. de cond. & dem. non huius Gaij esse vidētur, sed Gaij Cassi vt l. 28. de statulib. nisi & hic quoq; ex Cassiorum familia fuit.*

*Vt spes vos l. 1. C. qui etat. se exc. lib. 10.*

*Perlecto. Vet. perfectō.*

*Dn. Iustiniano PP. III. Cos. Legendū. Dn. Iustiniano perpetuos. A. III. Cos. Ex hoc die confir-*  
*firman-*



*firmantur Institutiones, ex alio valēt, ex quo Pandectæ etiā valent, quæ tamē ex vltiori die cōfirmantur, quē admodū apparet ex subscriptione Constitutionis de confirmatione Pandectarū. Pandectæ igitur confectæ sunt prius quā Institutiones, posterius cōfirmatæ. Sic prior Codex confirmatur ex 6 Id. Apr. Indictione 7. posterior ex 16. Kal. Dec. Indictione 12. ex alijs verò diebus valent.*

AD LIB. I. INSTITVTIONVM  
DN. IVSTINIANI.

De Iustitia & Iure.

**I**USTITIA est Iustus est qui vult, non qui aut iusta facit, aut iniusta non facit: non qui Iurisperitus est: nā iniusti quoq; faciunt plerumq; iusta, aut iniusta non faciunt, aut Iurisperiti sunt. sed neq; iustus est qui vult modò, modò non vult ius suum cuiq; tribuere. Is verò demū iustus est, qui sic ab animo comparatus est, vt perpetuò τὸ ἀνάλογον, id est, ius cuique suum velit tribuere.

Constans. Constantia perpetuæ æquitatis, siue voluntatis propensa ad ius suum cuiq; tribuendum, par sibi semper, vt apud Gellium liberalitas constantia perpetuæ benignitatis.

Iurisprudencia. Iustitia est habitus voluntatis. Iurisprudencia habitus intellectus, & prudentia propriè ἐξίς γενικὴ τῶν οἰκοθεν λογισμῶν, scientia ἐξίς δεκτικὴ τῶν ἐξωθεν λογισμῶν ac rursus sciētia propriè, non ars. quia scientia est habitus scientis, & intelligentis animi. Ars est etiam si nemo, eam intelligat, quæ nec nisi per abusione[m] scientia dicitur, & contra.

Diuinarum atque humanarum rerum no-

titia. Hoc commune est cum sapientia, cum philosophia. quod autem sequitur, proprium est Iurisprudentiae. Ius res diuinas humanasque disponit. l. 1. C. de vet. iur. enucl.

Iuris praecepta. Ex his primum prudentem ipsum respicit, cetera alios. duae theses vel, ut Apollodorus Stoicus, duo τοπεί, duo subiecta. Iuris thetici duae theses, Iuris positiui duae positiones.

Duae sunt positiones. Alij tres fecere iuris positiones, Sacrum, Publicum, Priuatū. Auson. in Edyl. 15.

Ius triplex tabulae quod ter sanxere quaterne,  
Sacrum, priuatū, & populi cōmune quod vsquā est.  
Priuatum autem ius, & publicum dicimus, cum ex aduerso ponimus pacta, vel vltimas voluntates, vel priuilegia.

Statum Rei Romanæ. Veluti ius sacrum, feciale, augurale, pontificium, ius quoque Senatorium Plinius ait partem esse iuris publici.

Priuatum. Sed & hoc nonnunquam publicum dicitur ἐξ ἀντίφρασος, conventionum priuatarum, ut & Aggenus Urbicus priuatos agros scribit etiam publicos dici diuersis rationibus. Igitur ius publicum speciale, non generale hoc loco definitur.

Tripertitum est. Ius autem publicum neque naturale est, cum non pertineat ad bruta neque gentium cum non sit commune omnium gentium: nam & si religio summa erga Deum sit ex iure gentium, ritus tamen, ceremonia, sacrificia, sacra, propria sunt cuiusque ciuitatis: & sacerdotum ac magistratum ordo, ratioque non ubique eadem. Non est etiam Ius ciuile, quod latius patet, sed ius ciuitatis ipsius tantum. l. 5. §. vlt. & l. seq. de cap. min. Ci-

cer. de legibus: Quid est tantum, quantum ius ciuitatis?

De Iure Naturali, Gentium, &  
Ciuili.

Ius naturale est. Ius in bruta non cadit: nam nec iniuria cadit. l. 1. ff. si quadr. paup. fec. dic. denique ut rationis, ita & iuris bruta expertia sunt. At quæ mutæ faciunt incitatione naturali, ea si homines ratione faciunt, iure naturali faciunt. Quæ bruta non faciunt, ea si omnes homines ratione faciant, iure gentium faciunt, quod & ipsum Ius naturale dicitur, et bonum, & æquū, & naturalis æquitas, & naturalis ratio, & lex naturalis, & natura. Quæ non omnes, sed quædam hominum cōgregata in vnum locum multitudo vtilitatis publicæ causa facit, ea verò fiunt iure ciuili.

Quod natura. Stoicis idem est Deus & natura. Hermes Trifmeo. ἐν τῷ θεῷ ἢ ἡ φύσις συγκαθέτηκεν. Opprianus, φιλιζόμ' ἐνὶ κραδίῳ σάξεν θεός, & infra, τόσ' τομ' ἴα φύσις κρατερέτατορ, ἄλλομ'.

Omnia animalia. Ius ἐνδ' ἰάδετορ, & ratio ἐνδ' ἰάδετορ hominibus cum brutis communis est προφορικός, hominum propria.

Quam nos. Nomine iuris. naturali appellatione nō ciuili, vt dicam c. 9.

Peritia. Malim, perita, nisi sic exponamus, pro istie us iuris peritis haberi.

Censeri. Vt cēseri legū authoritate Papini. censeri priuilegio aliquo idē Vlpia. censeri vetustate, multitudine, appellatione, alij auctores, & veteranos censeri com militone principe, censeri priuilegio aliquo, censeri studio bibendi, Athenienses apud Senecam, misericordias semper censi sumus.

Ius autem ciuile vel gentium ita diuiditur. Sic libri scripti. *Distinctio dicitur diuisio in hoc libro saepe. Ita ergo diuiditur, id est, ita distinguitur.*

*Ipse tibi. cur non dicat ipse sibi, vt Cicero ipse mihi.*

*Ipsius ciuitatis. non ciuitatis ipsius, quod publicum ius est, sed singulorum ciuium.*

Naturalis ratio. λόγος προφορικὸς, quod & ius naturale dicitur. Arius Didymus, λόγος τὸν φύσει νόμος.

*Custoditur. l. 1. de adq. rer. dom.*

*A Romulo. Absunt haec à veteribus libris, quod valde probo.*

*Virgilius. cum proprietatem detrahimus, quod eminet, & excellit significamus, quasi solum sit.*

*Bella. Bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, manumissiones, vt sacrosancti sint hostium legati, regna, domina, obligationes, acceptilationes, constitutiones sunt Iuris gentium.*

*Nascebantur. Et his natalibus beneficio principum libertini restituantur. l. 2. de nat. rest.*

*Omnes penè contractus. Omnes obligationes. Omnis enim obligatio pro contractu habetur. l. omnem. D. de iudici. atq; ideo in l. ex hoc iure. D. de iust. & iur. Hermog. obligationes dixit, non contractus. Cur autem ait Pene? nēpe quia sunt quaedam conuentiones: & obligationes legitima. l. conuentionum. l. legitima. D. de pact.*

*Sipulatio. est ex iure ciuili, veluti stipulatio Muciana, stipulatio Aquiliana, itemq; obligatio quae nominibus fieri dicitur.*

*Mutuum. Vlpianus in Insti. etiam precarium nominatim adiecerat. l. 1. de prec.*

Innu-

Innumerabiles. Ingens copia contractuum sine nomine. denique ὑπὲρ ὀνόματα, τὰ συναλλάγματα τὰ.

Scriptum autem ius. Quod & positivum appellari Vlp. ait. Ius non scriptum, & ius naturale, vel gentium est ἀνομοθέτητον.

Consule. Vel pratore, vt apud Asconium, & T. Livium 27. vel Tribuno Celerum, vt apud Dion. 4. Et rogante, id est, interrogante, vt l. 2. de adopt. rogatur, id est, interrogatur. vnde & rogationis nomen, vt rogatio Voconia apud Paulum. Glosa verbi antiqui locum occupavit, & vulgò probata magis est.

Tribuno. §. illud palam, infr. de leg. Aquil.

Lege Hortensia. Lege Horatia primùm, deinde lege Hortensia, hæc cùm plebs in Ianiculum secessisset, illa, cùm in Aventinum: auctores sunt T. Livius, & C. Plinius.

Consuli. Id est, rogari. vnd illud, Consul consule. & Accius in Bruto: Qui rectè consulat, Consul eluat. denique consulere commune est nomen Consulis, qui senatum consulit. & Senatus qui qua de re consultus est, consulit, atque decernit. vnde & S. C. nomen. & rectè in Velleiano, De ea re vniuersi ita consuluerunt. & Tertull in Apologetico, Ita Senatus consulit.

Lege Regia. Lege Imperij, lege antiqua in quadam Constitutione Iustiniani, cùm ipsa scilicet vrbe nata creatis Regibus & reuocata, in Casares populi Imperio translato.

Ei & in eum. Sic auctore Accursio, ait vices populi datas esse principi & in principem, vt in l. est receptū.

D. de iurisdic. ius dici maiori & in maiorem: nec verò

ullo alio distat populus à principe, quàm quòd populus suis legibus tenetur, princeps legibus solutus est. ceterum vt suis, ita & principis legibus pop. tenetur. Principem igitur populus cum vice sua constituit, & se principis legib. obligauit.

Omne suum imperium & potestatem. *Id est, vicem suam.*

Personales. Speciales. §. sciendum, *infr. de hered. qual. §. 1. de S. C. Tertyl. §. fœmina, infr. de adop. §. pari, infr. quib. mod. ius pot. sol.*

Princeps vult. Nam nec quod cognoscens' decreuit aliter trahitur ad exemplum, quàm si animus ei fuerit *ἡγεθὲρ τοῖς ἐννομοθέσιμα*, vt Leo ait Nouell. 92.

Alicui. vni vel pluribus. *L. ex factò, de vulga. substit.*

Generales. *L. 3. de sepul. viol. l. 1. §. vlt. de legit. tuto. §. 1. infr. lib. 2. cap. 9.*

Prætorum. Vel Proconsulum, aut Præsidium.

Auctoritatem. Plebiscitū non minus valet, quàm lex. S. C. vice legis est. nam & Senatus vice populi consulitur. Placitum principis habet vim legis, & princeps vice populi est. Prætoris edictum non modicam obtinet iuris auctoritatem. Pars est iuris, non legis. quia nec legis vim habet, nec legi simile est. §. quos, *infr. de bo. poss. §. hac exempli, infr. de excep. nes vicem populi principisve sustulit prætor. & Vlpianus κατεχρίσατο de edicto vnde cognati, cū scripsit, Pertinet hæc lex. & in regulis, Lex ceteræ partes appellatur. & similiter M. Tullius edictam prætoris legem esse annuam.*

Ius honorarium. Aliud est ius prætorium, aliud

*ius honorarium. Ius edilicium, aut tribunicium, ius honorarium est: ius praetorium non est.*

*Iura condere. Sic veteres libri. Id verò rectè ait Th. fieri ἢ πεῦσιμ, ἢ ἀπὸ κρισίμ. vnde & iuris conditores appellantur. l. nulla. C. de procurat. l. si furiosi. C. de nup. l. 1. C. de commun. ser. man.*

*Quorum omnium. Non quorumcunque, sed eorum tantum, qui à principe condendi & interpretandi iuris potestatem accepissent. l. 1. C. de vet. iur. enucle. l. ultim. C. de legib. id est, qui à principe Iurisconsulti Iurisve interpretes pronunciati essent. In Rep. prudentium auctoritas ea tantum valuit, quæ in foro usu frequenti recepta erat.*

*Constitutum. A Cesare Augusto. l. 2. de origin. iur.*

*Fluxisse videtur. Iosephus contra Appionem, Λακεδαιμόνοιοι ἢ κρητες ἔθεσιμ ἐπαίδευομ ὀυλόγοισι, Αθλωαῖοι δὲ ἢ ἡλιχιδ' ὀμ ὀι ἄλλοι πάντες ἔλληνας ἄ μὴ ἢ πρῶτημ ἢ μὴ προσέτασομ διὰ τῶν νόμων.*

*Prouidentia. M. Tullius, Deum illorum iurium esse inuentorem, disceptatorem, latorem. Iura autem civilia humana prouidentia constituta sunt.*

*Immutabilia. L. 2. de usufruct. ear. rer. quæ usui consum.*

## De Iure personarum.

*Est naturalis facultas. Zeno breuiter ἐξ ὀσια ἄυτοπραγίας.*

*Viaut iure. ὀυ γὰρ ὀβι δ' ὀλεια δ' ζῶ πρὸς τῶ*

πλὴν πολιτείας. Aristotel. in Politicis. Seruitus iuris & legum non est seruitus. Non item vi latronum opprimi. l. 13. qui testament. face. poss. l. hostes. de capt. & postlimin.

Constitutio iuris gentium. Ergò & dominatio constitutio est iuris gentium. l. si id quod, D. de condi. indeb. Cuius legis sententia hæc est, vt libertas iure naturali continetur, & seruitus iure gentium, quod & ipsum naturale est, ita & in conditionum questione, debitum & indebitum naturaliter accipitur, id est, iure gentium, non ciuilitè: & indebitum quidem natura condicitur, debitum natura nõ condicitur. Sic postliminium dicitur esse constitutio iuris gentium. l. penult. de suis & legit. heredib. adhibita l. postliminium. de capt. & postlimin.

Contra naturam. §. ius autem gentium, infr. tit. proxim. Definitio est seruitutis, quæ contigit virtute hostium, seruitutis primæ. prius enim fieri serui, quàm nasci cœperunt.

Ex ancillis. Iure gentium eodem quo sata cedunt solo. mater enim solo comparatur, vis patris sato. Aeschylus. Εὐμ. οὐκ ἔστι μήτηρ ἢ κεκλημένον τέκνον τέκος, ἔστι φῶς δ' ἐκίματ' νεοσώρον, τίκτη δ' ὀβρώσκων. Plato Epitaphio, κνήσει καὶ γεννήσει γυνὴ γῦρ μεμίμητη.

Aut iure ciuili. S. C. Claudiano. l. 3. D. quib. ad lib. procl. non licet.

Liber homo. Ingenuus & sui iuris: nam libertini & filij familias, ne eo à se modo libertatem abiudicent, ius patronatus & patria potestas facit. Diuus Augustinus in Ser. Hic mos solet inter eminentem vendentemq; ser-



seruari, vt is qui se alieno cupit dominio mancipare, aliquid pretij pro iactura propriae libertatis, & abdictione propriae seruitutis à suo consequatur emptore.

Ad pretium participandum. Ad pretium partiendum. Ergò sola pretij partitio seruum facit: & in l. si vsumfructum. §. i. ff. de libe. cau. Legendum est hoc pacto, In summa sciendum est, quæ de venditis seruis quibus non denegatur: nam & quæ præcedunt leges, ad eos tantum pertinent, qui possunt ad libertatem proclamare.

In seruorum. Nihil interest, vtrum quis natus, an factus sit seruus: at verò multum refert, vtrum quis natus, an factus sit liber. Nam & serui poena nõ magis sunt serui, quàm qui in potestate domini sunt, nec minus qui serui sunt sine domino. Denique seruum esse non recipit  
 ὁ μάλλον ἢ ἕτερον.

Libertini. Libertini minus liberi sunt quàm ingenui, propter iura patronatus.

### De Ingenuis.

Libertini duobus. L. 11. C. de ope. libert. l. 9. C. ingen. man.

Nihilominus. Ex decreto Alexandri Seueri l. Seuerus, de decur. quod & ab Antonino ius post excessum Papiniani obseruari cœpit. l. 3. C. solut. matrim. non iure veteri quod spectauit Papinian. in l. 2. ne de stat. defunct.

Vulgò conceptus. Et is scilicet qui nascitur ex libera & seruo vulgò conceptus videtur. d. l. 3. l. 6. C. de suis & legit. lib. quasi seruo aut incerto patre, aut nullo. Ratio siue color probabilis.

Placuit

Placuit eum qui nascitur. Placuit autem principibus contra iuris civilis regulam, ut in notis ad Ulpianum ostendi, quas viro eruditissimo & mihi acutissimo Io. Amarnoni dedi. Placuit verò ita Adriano & D. Pio. l. Imp. 2. D. de sta. ho. l. si ante. C. de pœn. Placuit principibus non auctoribus iuris antiqui, qui tempus editionis non conceptionis spectabant. l. 9. ad municip. l. vltim. de sent. pass.

Ancilla postea facta. Addidit Marcianus, aut expulsa ciuitate, quasi & hac quoque quodammodo libera esse desinat, ut l. pen. de ext. cog.

In seruitute. Seruum esse, & in seruitute diuersa sunt: vno proprietas, altera possessio significatur.

Natalibus. Ingenuitati. inde Paul. libr 5. sentent. veritati, inquit, & origini ingenuitatis manumissio quocunque modo facta, non præiudicat. l. si quis. in princip. & §. vlt. de capt. & postlim. non officere manumissionem ingenuitati, non officere etiam statulibertati. l. 2. de statuliber.

### De Libertinis.

Ex iusta. Non ex nulla. §. vltim. supr. c. prox. non ex imaginaria. l. 2. si à parent. quis manum fuer. non ex leui aut mediocri, sed ex iusto seruitio, ut T. Liuius 41.

Manumissio autem est de manu datio. Legendum, Manumissio autem est datio libertatis. Cetera etiam auctoribus libris veteribus, ita scribenda sunt in P. Flor. scripta est l. manumissiones. D. de iustit. & iur.

Liberi nascerentur. Hi sunt primi natales hominum

minum omnium, quibus postea qui facti sunt libertini iure gentium, beneficio principis etiam restitui possunt, restitutio scilicet iure naturali, & abolito iure gentium, etiam ius quod erat per se immutabile mores & principes multis in rebus in potestatem suam redegerunt.

Naturali nomine. Hominis nomen est naturale, personae civile.

In sacrosanctis ecclesijs. Aurelia pro valuis maioris ecclesiae, in lapidem incisa est manumissio eiusmodi, Ex beneficio S. † per Ioannem Episcopum, & per Albettum S. † Casatum factus est liber Lembtbertus teste hac sancta ecclesia.

Vindicta. Apud magistratum, qui legis accusationem habet.

Per epistolam. L. qui absenti, de adq. poss.

Aut per aliam &c. Non per codicillos dicit testamento confirmatos, qui pro parte testamenti sunt, sed per quamcumque ultimam & nudam voluntatem, veluti per epistolam, ut Gaius indicat 1. Inst. C. de lege Caninia, ut quoquomodo competat libertas, vel tuitio praetoris, non iure legitimo tamen.

Semper manumitti. Etiam feriato die.

In theatrum eant. Praeterquam si causa probatione opus est manumittente minore 20. aut manumittendo minori 30.

Et iustam. Legitimam libertatem appellari Vlp. in frag. Reg. ut l. i. C. da conser. ser. man.

Lege Iunia Norbana. Ad quam Paulus duos libros scripsit. Ea verò manumissos inter viuos, aut per epistolam, vel alio quoquomodo, quam vindicta, testamento, censu, exequabat antiquis Latinis

colo-

colonarijs. Ante eam legē tuitione tantum prætoris quo-  
 quo modo manumissi in libertate erant, vt & post eam  
 legem, quæ ad peregrinos non pertinebat, à peregrinis  
 manumissi auctore Vlpiano. quod comprobatur esse ve-  
 rum id quod Gaius ait, prætores fauere libertatibus. l. 3.  
 de ali. iud. mut.

Ex lege Aelia Sentia Dediticij. Legendū, De-  
 ditiçiorum numero : atque ita etiam Vlpianus lo-  
 quitur in fragmentis, in quem hac de re notas pleniores  
 scripsimus.

Aelia Sentia. Quæ stigmaticos, & certos alios  
 quoquomodo manumissos exæquabat hostibus, qui se,  
 suaq; omnia in ditionem, & arbitrium P. R. dedissent.

Sed quoniam Dediticiorum. Vet. Sed De-  
 ditiçiorum quidem pessima conditio. iam ex mul-  
 tis temp. in def. abiit, Lat. verò no. non frequen-  
 tatur.

Pessima conditio. Pessima, quia non multum di-  
 stabant à seruenitium specie.

Quæstore nostro. Superest nostro : dicitur  
 namque sacri palatij questor, non principis.

Nulla nec ætatis. L. 2. C. commu. de manum.

Nec domini manumissoris. L. 1. C. de nud. iur.

Quir. toll. Non est emendandum, dominij : isq; sensus  
 est, illud hodie nõ queri, vtrum manumissor Quiritarius,  
 an Bonitarius sit dominus.

Multis modis additis. Quorum vnus refertur in  
 §. vlt. c. 11. infr.

Qui & quibus ex causis manumit-  
 tere non possunt.

Non

Non tamen cuiicumque. Quocūq; tempore licet.  
 §. serui, infr. c. prox. non tamen cuiicumq;.

Impedit libertatem. Ipso iure nullam facit, venditio ipso iure valet, sed actione Pauliana rescinditur, si scienti facta fuerit.

In testamento. Vnicum & suis creditoribus non pignoratim specialiter.

Hæres extiterit. Primo vel secundo gradu. l. 57. de hered. instit.

Haberent. Vet. habeant.

Ne iniuria. Iniuria igitur seruus ipse potius, quàm honore afficitur l. seruus. C. Theod. de inoffic. testamen. Ne bona defuncti nomine vaneant, quod ignominiosum erat. qua de causa & ex S. C. à creditoribus bona Senatoris nomine eius non vaneunt, sed à curatore constituto bonis distrabendis. l. 5. & 9. de curat. fur.

Humanitatis ratione. Ut in l. 1. §. pen. de quest. egregia humanitatis ratione. noua autem, quia etsi ex veteribus iuris auctoribus quidam eam probauerint, vt infr. de hered. instit. nunquàm tamen inueterauerat.

Cùm non sit. Vet. lib. Cùm non est. Cùm, pro quia.

Præualuisse tamen videtur. Gaius euentum solùm spectabat, ad cuius sententiam respiciunt sequentia, Sæpè enim &c. non ad eam quæ præualuit. l. 1. de statulib.

Eadem lege. Immò S. C. l. 1. D. de offic. consul. Aut facta sunt S. C. circa legem Aeliam Sentiam, quod & indicat l. 4. C. qui manumit. nō poss. aut in ea l. 1. sic scribendum est, Cùm ipse sit qui ex lege: qui error ma-

B

nare

nare potuit ex notis, quibus & legem & Senatusconsultum designare solemus, vnde etiam factum est, vt in omnibus libris perperam scriptū sit in l. 2. §. quid ergo si petijt. D. ad Tertyl. An incidat in Senatusconsultū, pro, An incidat in sententiam constitutionis, vti apparet ex eadem lege. §. quid si cūm pregnans. & §. quid si decesserit. & l. vlt. D. qui pat. tut.

Non aliter. Nec ex causa fideicommissi. l. si rogatus, de man. vind. qua ratione nec libertatem quam alij dare non potest, suam sibi ipse vllō modo adimere potest, l. 6. C. de lib. caus.

Procuratoris. Procuratores vel ad agendum constituuntur, vel ad administrandum. Ad agendum liberi, & maiores annis 6. Ad administrandum etiam serui & minores. Procuratoris, vel heredis habendi. si ipse soluendo non sit. l. qui potuerunt, de man. test. Et procuratoris ad lites.

Matrimonij habendi. Habendi abest à veter. libris, quod placet.

Decem & septem annis. Noli corrigere 18. nam in l. 13. de man. vind. non minor esse dicitur 18. qui attingit 18. hoc loco non minor 17. qui impleuit 17. Noli etiā hunc locum accipere de procuratore ad administrandū, cūm & seruus & impubes talis esse possit, sed de procuratore ad agendum vel defendendum.

Non retractatur. Postea fortē aliquo causam arguente falsi, aut manumisso restituto in integrū, quod fauor libertatis exto sit.

Quod non erat ferendum. Nihil hoc loco syncerius videtur: sic tamen restituendus est ex veter. libr. Quod non erat ferendum, si is, cui tutorum bonorum

norum

norum in testamento dispositio data erat, vni seruo libertatem dare non permittebatur: quare nos similiter ei quemadmodum alias res, ita & seruos suos in vltima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, &c.

Vicesimum ætatis annum. *Quod ante eam ætatem parum sit firmum consilium adolescentis. l. 4. de ser. exp.*

Nos mediam. *Aut fuit hæc Constitutio omissa in Codice repetita prælectionis propter Nou. 119. aut sanè non alio loco quàm isto proposita, quoniam ait, permittimus, concedimus, vt castiores Codices habent. & similiter infrà de test. ord. §. sed neque.*

Iudicij stabilitas. *Iudicij potestas. l. 1. C. de testamen. man.*

### De lege Fusia Caninia sublata.

Certus modus. *Certus numerus. l. 84. C. Th. de Iudæis: atque adè nominatim omnes manumittendi erant. fuit hæc lex lata Augusti temporibus: namq; eam Suetonius Augusto tribuit. fuit & lex Aelia Sentia, quã idem quoque auctor Augusto tribuit c. 40.*

Testamento manumittendis. *Excepto testamento militis. l. 51. de man. test. & testamento vel qualibet alia decumbentis vltima voluntate in fraudem legis Caniniae.*

*Quasi libertates. Vet. libertatibus.*

*Inuidiam. Inuidiæ plenam, infr. de donat.*

### De his qui sunt sui vel alieni iuris.

B 2 Hos

Hoc tempore. Gaius intellexit tempus Antonini, Adriani, & Marci, quo principe tantus potestati modus impositus est.

Statuas principum. Quæ confugientibus tuitiores erant æde sacra, vt Philostratus scribit in Apollonio, vt Tertullianus similiter, tutius esse peierare per Iouem, quàm per Principem.

Bonis conditionibus. Bonis conditionibus aduersa sunt, qua dura dicuntur. l. 25. de statulib. quibus seruus venditus oneratur, vtputa si caueat venditor vt æquè duriter habeatur, vel vt tanquàm fugitiuus habeatur in vinculis. quo casu non est actioni redhibitoria locus, cui tamen locus esset bonis conditionibus empto seruo. l. actioni, de edil. edict.

Malè vtatur. Et licet tamen abuti re sua. l. sed & si lege. §. consuluit, de petit. hered.

Dominorum interest. Quoniam si ex ea causa seruis denegetur auxilium, plerumq; se ipsi vel fuga, vel neci dabunt. quorū non est tam facilis requisitio, quàm ius publicum inuocantium.

Vel famem. Si domini alendis seruis impares sint, vel si arctiores in præbitis. quod & D. Pij rescriptum ostendit apud Licinium tit. 3. & Seneca 3. de benefic. his verbis, De iniurijs dominorum in seruos qui audiat positus est, qui seuitiam & libidinem & in præbendis ad victum necessarijs auaritiã compefcit.

Ad sacram statuam. Delenda est vox sacram, auctoribus libris scriptis: quam etiam Pandectæ non agnoscunt. Videtur etiam suprâ Justin. ad Antonium addidisse, Ad ædem sacram.

Ita vt in potestate. In iubendo addita hac conditione,



*gione, vt in l. 1. §. penultim. de quest.*

*Fraudem fecerit. Exempli gratia, in venditione interposita tacita fide iniuriosè tractandi vel redhibendi serui.*

## De patria potestate.

*Matrimonium. Sic l. 10. & 11. de rit. nupt. matrimonium vel nuptias. & §. pen. c. seq. est igitur inter hæc duo aliquid. Nuptiæ sine matrimonio esse non possunt: matrimonium sine nuptijs esse potest. Papin. 15. Resp. Ciuem sine connubio, peregrinam in matrimonio habere. Matrimonium est magis naturale nomen, quod à matre trahitur, quæ sola est natura certa, nuptiæ vel connubiũ ciuile nomen est.*

*Indiuiduam. Quia eo animo & voto contrahitur, vt nunquàm dirimatur l. 1. de iure dot. votum per se perpetuum & indiuiduum est, successus non semper idem. Tertull. ad vx. dixit conuictum, & indiuiduum vsum.*

*Ius autem potestatis. Quod & familiae vinculiũ dicitur. l. 87. de adquir. hered.*

*Proprium est ciuium. Iam inde à Romulo moribus receptum. l. patre furioso. D. de his qui sunt sui vel alien. atque ideò pupillaris substitutio, quæ fit iure patriæ potestatis, etiam moribus recepta est.*

*Nulli enim alij. Id est, ferè nulli.*

*Talem in liberos. Talem dicit propter excellentiam & præstantiam patriæ potestatis Romanorum ex lege Regia. Denique potestas in seruos est iuris gētium, in filios iuris ciuilibus.*

*In patris eius. §. pen. infr. de grad. cog. l. pe. de lib.*

agnos. qua ratione Solo dixit filiam esse patri &  $\text{Μόξιον}$   
 $\text{κτῆμα}$ .

## De Nuptijs.

*Quidam Codices, De iustis nuptijs.*

Ciues Romani. Cum seruis vel cum Latinis aut peregrinis ciues Romani connubium non habent. Papin, 15. Resp. ciuem Romanum sine connubio sibi peregrinam in matrimonio habere,

Secundum præcepta legum. Illicite nuptiæ non sunt nuptiæ.

Puberes. Masculi qui attigerunt 15. fœmina quæ 13. vt No. 100. & Leonis 78. & Alexij de spons. Impuberes sunt qui minores sunt 14. aut 12. l. penult. quod falsum. id est, qui non compleuerunt 14. vel 12.

Viripotentes. Quæ & viripotēs. cur verò non dixit puberes. & cur similiter l. 1. §. impuberes, de S. C. Sillan. masculi impuberes, fœmina nondum viripotentes? in fœmina maluit vti proprio nomine. In mare etiã vteretur proprio si quod haberet, quia nullum habet, in eo puberis nomine vtitur, quod est commune vtrique sexui.

Si filij familias sint. Idem multò magis dicendum est, si filia familias sint: nam & emancipatæ minores 25. annis, necesse est vt habeant cōsensum patris vel matris & propinquorum. l. 1. l. viduæ. l. in coniunctione. C. de nupt. quod tamen in filijs emancipatis locum non obtinet. l. filius. ff. de rit. nup. nisi scilicet credamus Accursio & Harmenopulo, qui l. filius. explicandam ex eis legibus esse censent, quæ ad filias emancipatas pertinent. Et vt semel proferam, quod de eorum mihi interpretationibus

tionibus esse statuendum videtur, nō plus ipse Harmenopulo aut Theophilo, quā Accursio tribuo.

Et ciuilis & naturalis ratio. Ciuilis, id est, patria potestas. Naturalis. i. ius gentiū: quo videlicet comparatū. i. vt parentibus & patriæ pareamus. Ciuilis est ratio potestatis. Naturalis non sufficeret pietatis scilicet, honoris, & reuerentia ratio, quæ equalis etiam debetur matri, tametsi inequalis aut nulla potius iure ciuili eius potestas sit. qua de causa nec consensus matris exigitur.

Iustus. Pro, voluntas, vt in l. si suspecta. §. quoniam. D. de inoffic. testam.

Præcedere. Vt scilicet ab initio iustæ sint nuptiæ. nam si subsequatur consensus & ratihabitio patris, ab eo tantum tempore nuptiæ iustæ esse intelliguntur quo consensus pater. l. si vxor. §. si quis vxorem, ad leg. Iul. de adult. & Basilus epist. ad Amphilocho. c. 42. nec hoc casu igitur ratihabitio retrahitur.

Quæsitum est. Idem quæsitum fuit de filio & filia eius qui captus est ab hostibus. Et filia quidem facile permittebatur, filio autem non nisi permissu principis. l. 8. de pact. dot. filio mente capti etiā sine permissu principis ex Const. Marci. Et filijs captiui ita demum si intra triennium pater postliminio non rediret, & vota vrgeret. l. 9. & 11. de rit. nupt. Secundum quas est accipienda l. in bello. §. medio, de capt. & postlim.

Incestas nuptias. Iure gentium. l. vltim. de ritu nupt.

Emancipaueris. In memoriam prioris necessitudinis, quæ ratio seruatur etiam inter adfines, qui inter se fuerunt parentum & liberorum loco, non etiam inter fratres. nec enim, vt subiicit, inter eos soluta adoptione

memoria pristinae cognationis adoptiva impedit nuptias, sicut nec inter ceteros ad fines memoria veteris adfinitatis.

Non tanta. Quia non ad infinitum.

Siue ab altero eorum. Vet. Siue alter utro eorum.

Sororis filiam. Sublata differentia S. C. introducta inter fratris & sororis filiam, aut neptem, quam & in Digestis seruant iuris auctores. nusquam enim ventant ducere fratris filiam aut neptem, sed sororis filiam tantum. quod & iuxta civili adscribit Ambrosius epistol. 66.

Quarto gradu. Ex quarto gradu uxorem ducere licet prater sororis neptem, quae filia loco est. ergo & prater fratris neptem eadem ratione. & ita olim obtinuit. verum supradicto S. C. quod factum est Claudij temporibus, ex tertio gradu cum fratris filia permissis nuptiis, permixtae etiam sunt cum fratris neptem, quae sequentem gradum occupat. quod nouissima Constitut. merite reprobant.

Neptem. Proneptem et atis ratio prohibet.

Neque civili iure. Neque cognata, neque agnata tibi est: quia non sequitur familiam matris suae.

Coniungi possunt. Quia quarto gradu sunt. Quid. cod. coniungi non possunt: atque ita Theophilus scribit, & Gaius libr. 1. Institut. quod pugnat tamen cum l. celebrandis. C. de nup. l. 2. C. de inst. & substit. l. 3. D. de ritu nupt. & alijs innumeris. Malim igitur, coniungi possunt. Adscripta est negatio Gaii ex Gothorum iure, quo ut Cassiod. indicat Var. libr. 7. recepta fuit Theodosij constitutio, ut ne consobrini matrimonio iungantur sine venia principis, de qua in l. 1. C.

Tb. si

*Th. si nup. ex rescr. & apud Paulum Monach. in Theodosio, Ambrosium lib. 8. epist. ad Paternum. Huic autem §. adscripta est negatio ex eodem iure, intermisso quidem, sed ab nouissimis Imperatoribus reducto.*

*Communi iure. Non proprio iure pristina ad finitatis.*

*Rectè contrahunt. Quia neque cognati inter se neque ad fines sunt. l. Titia, de verb oblig. l. 34. §. penult. de rit. nup. Cognati enim viri uxori tantum sunt ad fines, non cognatis uxoris, & contra, & vt glutino duo asseres, sic nuptijs due cognationis ita iunguntur vt extrema tantum iungantur & fines. & hoc est quod ait. l. 4. §. ad fines, de grad. & ad fin. alteram cognationem ad alterius finem accedere. quamobrem compriuigni inter se non sunt ad fines sed neq; consoceri. neq; filius mariti & mater uxoris.*

*Fratrem sororemve. Fratrem communem vnus vterinum, alter germanum, quo casu euenit vt frater communis possit dicere iure nupsisse sororem suam fratri suo, & alteruter ex priuignis fratrem, aut sororem fratris sui sibi non esse fratrem, aut sororem vel frater illi communis fratrem & sororem suam non esse fratres inuicem, quia compriuigni inter se fratres non sunt.*

*Rectius tamen. Non est priuigna, aut nurus, aut nouerca propriè sed quasi priuigna, quasi nurus, que nomina quasi filiam significant, vt nouerca quasi matrem & pudor est eam ducere que aliquam filie vel matris speciem habet.*

*Enumerari permisimus. Et enumerasse Marcianum in Institutionibus indicant. l. 57. de rit. nup. & l. vlt. de leg. 1.*

B S Quum

Quum & his pater incertus sit. Legendum autem  
 etore libro scripto, quum is etiam incertus est, hoc  
 sensu. quia is etiam pater incertus est quæ verò sequun-  
 tur vti restituenda sint, exposui in notis ad Vlpia-  
 num.

Spurij. Apuleius 6. Mil. legitima nuptiis non sunt, ac  
 per hoc spurius nascetur.

Nec dotis. Quia dos caduca fit.

Postea curiæ datus. Hic modus faciendi legitimi  
 manat ex constitutione Theodosij in l. 3 C. de natu. lib.  
 & Leonis in l. 4. eod. in qua & exemplum Philocali po-  
 nitur, à patre oblato curiæ Bostræ ciuitatis: sic enim in  
 Leonis constitutione legendum est, non nostræ.

A muliere libera. Libera, id est, ingenua l. Diui.  
 l. cum quis. C. de nat. lib. Idem tamen est, si ex libertina  
 vel ancilla, ex Nou. 18. §. vlt. & Nou. 89.

Consuetudinem habuerat. Ex concubina, non  
 ex pellice, quia & naturalis filius est, non spurius & na-  
 turalis non legitimus. Concubinatus est legitima coniu-  
 nctio, & ex concubinatu tamen non nascuntur legitimi.  
 hoc reseruatum est matrimonio religiosè & legitime cō-  
 tracto.

Similiter nostra constitutio. Vt scilicet ex eodē  
 matrimonio nati potiores non sint in hereditate patris  
 his qui ante matrimonium ex concubinatu nati sunt, sed  
 in eam omnes equaliter admittantur & intelligit l. cū  
 quis non l. nuper. C. de nat. lib.

## De Adoptionibus.

Non solūm autem naturales. Non ex concu-  
 binatu aut contubernio vel alia coniunctione vaga, sed  
 ex

*ex iusto matrimonio. l. 14. C. de probat. Duobus casibus adoptio filios facit, si femina adoptauerit iussu principis, si extraneus à patre filium in adoptionem acceperit: cæteris filios familias.*

*Imperio magistratus: Tantum potest potestas parentis & magistratus imperium quod iurisdictioni missum est, quantum auctoritas principis. Magistratum vocat prætorem vel præsidem prouinciae. §. in plurimis.*

*Tributa sint. §. hoc solito more. c. 1. lib. 3.*

*Etiam auo. Legendum est, etiam auo paterno. testibus lib. scrip. in quibus ubiq; maior est fides quàm in impressis.*

*In adoptionem. Actis interuenientibus apud congruum iudicem presente auo vel proauo, & eo qui adoptatur consentiente. §. sed & si pater. c. seq.*

*Modo constitutum. Legendum, nodo constriatum.*

*Arrogatio permittitur. Ex constitutione Antonini Pij, auctore Vlp. in fragmentis. tutore auctore, quia puto hoc D. Pium permisisse cum adrogatio fiebat per populum curiatis comitijs, non sine tutoris auctoritate.*

*Vt caueat. Datis fideiussoribus. l. 2. C. de pat. pot.*

*Personæ publicæ. Rectè in libris scriptis, personæ publicæ, hoc est, tabulario: vt in l. Orphanotrophos. C. de episc. & cler. ne subaudiatur magistratus. §. pen. infr. de Attil. tut.*

*Naturam imitatur. Ausonius. Imitatur adoptio prolem, quam legisse iuuet quam genuisse velit. Calpurnius Flaccus. Adoptio sancta res est quæ beneficia naturæ & iuris imitatur.*

*Pro monstro est. Etiam commenta & fictiones*

*natu-*

*natura conuenire debent. l. 14. §. 1. de inter. in iur. fac.*

Plena pubertate. *Quæ, ἀκροτάτη ἡβῆ ita in mare descripta ab Aeschylō αὐθρόπαις ἀνῆς, σείχε δ' ἰδλος ἀγῆ δ' ἰὰ παρηνίδωρ, ὥρας φιδάσκη ταρφῆς ἀντέλλασα, σριξ.*

Filium quis non habeat. *In superiore commento monstri quadam species est, in hoc non item quia non tanquā ex nullo filio nepos adoptatur, sed tanquā nepos: & commenticio iure nepos est tanquam ex filio.*

Consentire debet. *Qua ratione & nepoti uxore ducenti etiam filius consentire debet. l. 16. de rit. nup.*

In sua potestate habent. *Leo Imp. μονῶ ἀρρενι προσώπῳ ὑπεξέσσιος χρημαίξει ὁ παῖς. & l. 4. de cur. fur. patris, & matris inaequalem potestatem esse.*

Ex indulgētia. *Indulgentia personali. vt §. 1. inf. de S. C. Tertyl.*

Ad solatium liberorum. *Seneca. Adoptio fortunæ remedium est, orbitatis scilicet remedium.*

Tanquam nepotes. *Et pater sic ipsi capite minuuntur. l. 3. de cap. min. si in patris potestate fuerint, non auipaterni.*

Refert antiquitas. *Antiquitas iuris, vt similiter Sabinus apud Gellium scribit, si iuris antiquitas seruetur etiam seruum à domino per prætorem dari in adoptionem esse.*

A domino adoptati. *Vel in adoptionem dati. Apuleius Miles. c. velim scias aliquam de meis adoptaturam vernulis.*

Quibus modis ius potestatis soluitur.

Vulgò



Vulgò scriptum est malè, patriæ potestatis: nam & de potestate dominorum in initio agitur. deniq; vox patriæ, abest à vet. libris.

Quemadmodum. Vet. serui quemadmodum à potestate liberantur ex his: & quæ sequuntur.

Mortuus est. Quod vulgò additur, per emancipationem, glossema est, nam & alio modo potestate exire possit.

Sui iuris fiunt. Et ideò Labeo scripsit, capi virginem vestalem non posse eam, cuius pater emancipatus est, etiamsi viuo patre in aui potestate sit, quia primatù esse non videtur.

Tollitur. Deportatio ad peregrinitatem redigit. l. 10 §. liberos de in ius voc. & neq; peregrinus ciuem Romanum, neque ciuis Romanus peregrinum in potestate habere potest.

Perinde quasi mortuo eo. Vet. perinde ac si eo mortuo. Ac si pro quasi, vt in l. 1. C. de his qui à non dom. man. sunt. l. 6 C. de erog. mil. anno. l. vlti. C. de castr. pec. mil. & præfec. deportatio plerunq; morti similiter adsimulatur. l. 1. §. sed & si morte. Quand. de pec. act. an. sit.

Restituti fuerint. Aut specialis est restitutio, aut generalis. hæc strictè accipienda est, vt pœna tantum gratiam faciat, & reditum in patriam restituat. l. tutor. l. si ademptis. l. generalis. C. de sent. pass. l. 4. C. de bonor. proscript. Illa si concepta sit in infinitum, nempe hoc modo, Restituo te in integrum, plenissima & latissima est l. 1. vltim. §. vltim. C. de sentent. pass. l. 1. D. eod. & ideo patriam potestatem ceteraq; omnia restituit. secus est si finita

30 I. C. NOTAE AD LIB. I.  
finita sit, vt in specie l. 2. & l. in insulam. C. eod. l. 2. D.  
eodem. Nec tamen quod deportati in ciuitatem restitui  
possint beneficio principis, ideo minus pro mortuis haben-  
tur, nisi odio caducorum. l. intercidit. de cond. & demō.  
Restituuntur generali verbo, Restituo, quia indulgentia  
principis plenissimè interpretāda est. l. pe. de const. prin.  
Vel si senator. Vet. vel si senator extiterit, vel  
si consul fuerit factus, mannat. L. 1. §. vlt. ad Mac.  
Militia enim. L. filiusfami. de rit. nup. l. 5 & 6. de  
cast. pec. l. 7. C. de pat. potest.

Summa patriciatu. Cassiodorus in formula pa-  
triciatus. Leges, inquit, tantam patricijs reuerentiam  
derulerunt, vt in sacris positus cum hoc fuerit honore pra-  
cinctus, paternae potestatis nexibus exuatur, nisi contra  
specialiter à principe caueatur. Summa est verè, quia  
nulla maior excogitari potest Imperatoris Imperij pa-  
trem appellari, quamuis hac sola & nuda sit in hac dig-  
nitate prerogatiua.

Liberare. Omnes vet. cod. relaxare.

Quo amissus fuerat. Quod & ei contrarium eli-  
mini nomen demonstrat.

Per antiquam legis. Legis 12. tab. quae quidem, vt  
Halicarnass. scribit, ὅτιν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν λεγομέ-  
νων δ' ὠδ' ἐκείν' ἀπὸ τῶν ἀγ' ἐνέθεσαν ἐν ἀγορᾷ est ergo a-  
lia emancipatio legitima, alia Anastasiana, quae sit ex  
Imperatoris rescripto, alia Iustiniana.

Competentes iudices. Magistratus popu. Ro-  
mani.

Vel magistratus. Municipales.

In bonis liberti. Quia semper contracta fiducia  
liberos emancipasse, intelligitur & pater in emancipa-  
tione

vione manumissor extitisse. §. vlti. de leg. ag. success. & c. 18. huius libri.

In potestate tua. In his qui ex iusto matrimonio nascuntur conceptionis tempore spectatur, ut Vlpianus definit, lib. sing. Reg.

Neque naturales. Sic est legendum, & ἀπό κοινῆς intelligendum, & illud etiam scire oportet, quod & c.

Dimittere. Quia patria potestas est inestimabilis.

## De Tutelis.

In capite libero. In patre fam. aut matre fam. non in eo qui quæsit sit in potestate vel manu, vel mancipio est. l. penult §. 1. Quod fal. tut. qua de causa & conuentione in manum, & adrogatione, & seruitute, vel captiuitate tutelam finire constat R. ur sus libero & ciue Romano. de portatione enim tutela finitur.

Iure ciuili. Lege 2. tab.

Data ac permessa. Datur legitima, Permittitur testamentaria. Datur ex alijs legibus descendit.

Permissum est itaque parentibus ut verò parentes instituere liberis tutores possunt, an & substituere? sic videtur. l. verbis. D. de verb. sign.

Et hoc in filios. Vet. & hæc in filio filiaq; hæc tutela scilicet.

Sed si emancipato. L. Neseannus. de excusat. tut.

Sine inquisitione. A patre tutor emancipato datus sine inquisitione confirmatur. naturali datus non item, nisi ei aliquid relictum sit. A matre nunquam datur, nisi instituto l. pater. D. de test. tut. ex qua in l. 4. C. eo. tit. tollenda est negatio in illo loco, quando autem eos.

32 I. C. NOTAE. AD LIB. I.  
eos. & is quidem ex inquisitione etiam confirman-  
dus est.

## Qui testamento tutores dari possunt.

Libertatem directam. Immo fideicommissari-  
am. l. etsi non adscripta. C. de fid. lib. l. si hereditas. § vlt.  
D. de test. tut. l. generaliter. §. si quis tutorem. D. de fid.  
lib. idq; verum est, siue institutus sit pupillus, siue ex here-  
datus: nam pupillo instituto perinde libertas ex S. C. Da-  
sumiano competit, atque si, vt oportet, is ex causa fidei-  
commissi manumissus esset. & hoc Paulus sentit libr. 4.  
Sentent. tit. de fid. libert. Iustinianus verò vt ex heredi-  
tatis, ita & ex tutela institutione hoc in loco directam  
libertatem tribuit. inuita Iurisprudencia, & hoc proba-  
re videtur Thalelaus lib. 48. ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ, tit. 13. Ceterum  
videtur & in hac specie Paulus directam libertatem tri-  
buere in l. quero. §. vltim. D. de testam. tut. Id autem  
ideo, quia testator seruum quasi liberum duplici nomi-  
ne, L. Erotemata appellauit. Libertatē directam ait, vel  
fideicommissariam iure antiquo, vel directam ex men-  
te Iustiniani, vt docet obser. 18. ac si quidem eligat dire-  
ctam, statim tutor erit, si fideicommiss. non nisi post ac-  
ceptam libertatem, & confirmationem pratoris, vel prae-  
sidis.

Purè, inutiliter. Immo inest semper hæc conditio,  
Cum liber erit, vel exemplo serui proprij data ei potius  
per fideicommissum libertas videtur. Potest defendi hæc  
non esse contraria. arg. l. qui tutelam. §. 1. & §. vltim. D.  
de testam. tut. Ex Proculi sententia inutiliter, ex Sabi-  
ni vtiliter, quia inest conditio. Cum liber erit. Proculi  
sen-

*sententia locus est, si omnino voluerit statim tutorem esse.*

Tutor datur. L. 21. & seq. de cond. instit.

Ad certum tempus. *Diuis Paulus ἀρχὴ ἰ προθεσμίας τοῦ πατρῶς.*

Sub conditione. *Ex conditione, vel ad conditionem.*

Heredis institutionem. *Maior est hac in re fauor pupilli, quam libertatis, quia libertas ante heredis institutionem dari non potuit, excepto testamento militis.*

Personæ non causæ. *In personam, non in rem, vel negotium. curator in rem, vel causam certam, vel vniuersam. §. item tria. de excusat. tut. §. item inuiti. de curat.*

## De legitima Agnatorum tutela.

Cognitionem coniuncti. *Quæ cognatio vel copulatio legitima dicitur.*

Et inuicem tu illi. *Omnes vet. Cod. & inuicem scilicet tu illi.*

Quia qui ex ea. *In vet. libris non sunt hac, ex ea, quod rectum est.*

Ad tutelam pertinet. ἡ τῶν ἐπιτροπῶν ἀίρεσιν ἐπιπέτῃ. *Plato II.*

Viuo testatore. *Si mortuo, qui iam cœperat ex testamento tutor esse, tutela ad legitimū non reuertitur, sed in eius locum datur alius.*

Plerumque. *Quid hic facit plerumque? Nempe vt intelligamus non semper ius familia perimi minima capitis deminutione.* Est Anastasij constitutio, ex qua

C

fratres

fratres emancipati ad fratrum legitimam successionem, tutelam, curationem vocantur. §. 1. infra, de success. cogn. §. vltim. infra. de grad. cog. l. frater. C. de leg. tut. l. ne lucrum. C. de cur. fur. Est Iustiniani constitutio, ex qua & fratrum emancipatorum filij vocantur. l. vlti. C. de leg. hered. Est rursus alia Anastasij constitutio, qua cautum est, vt ne iura familiae amittant, qui Anastasiae emancipatione fuerint liberati, videlicet si ita nominatim id in Imperiali rescripto comprehensum sit. l. si ab eo. C. de leg. her.

Adgnatio iuris est nomen. Nec in vet. nec in Th. additur ciuilis. Adgnatio igitur iuris est nomen, cognatio naturae. In l. 10. de grad. & ad fin. alterum ciuile, alterum naturale nomen.

Non vtique. Non omnino, non omnibus modis. §. minus. lib. 3. c. 1.

### De capitis deminutione.

Tribus modis. Vel duobus. nam aut magna est, aut minor. & magna comprehendit maximam & mediam. l. 1. §. si filius. de suis & legit. her. l. 1. §. capitis. Ad Tert. l. pen. §. vlt. de extraord. cog.

Venundari passi sunt. Vno verbo his qui serui facti sunt. l. cum quis. de solut. An & ei qui in hostium potestatem venit? quod Festus quidem prodidit, nec tamen est per omnia verum propter spem postliminij. qua de causa & in edicto de maioribus in integrum restituendis separatur seruitus ab hostium potestate.

Libertas vero retinetur. Non potest ciuitas amitti, patria potestas retineri: quoniam patria potestas iuris ciuilis est. Enimvero potest ciuitas amitti, libertas retineri.

retineri: quia libertas iuris naturalis est. Sic Latini Iuniani, sic Dediticiorum numero, liberi sunt, non cives, atque aded ex iure Quiritium liberi non sunt: quod & in deportatis tentari potest, ut ex iure Quiritium liberi non sint, eaq; ut opinor fuit mens Callistrati in l. cognitionum. D. de extraord. cogn. unde & aliàs dubitatum fuit, an de deportatis questio haberi posset. sed ex rescripto D. Pij, non ij tantum qui iure Quiritium, sed & qui iure gentium liberi sunt, non torquentur. l. Diuus. §. vlt. de quest.

In insulam deportatus est. L. vlt. de legation. vel qui damnatur in opus publicum perpetuum, vel ut Cicero indicat pro Cac. qui transmigrat in latinas colonias, quiue civitatem mutat, sicut minima ei qui mutat familiam.

Minima capitis deminutio. Maxima servum facit, media peregrinum, minima filiumfamil. vel patremfam.

Status hominis. Qui nullus alius esse potest salua libertate & civitate, quam status familiae, cui homo vel praest, vel subijcitur.

Vel contrà, veluti si filiu fam. Veluti, abest à vet. libris. quod valdè probo. nam vno tantummodo is qui sui iuris fit, capite minuitur, id est, emancipatione. quod ipse in libello Vlpiani latius executus sum.

Nullum caput habuit. Tale scilicet quale est id de cuius deminutione aut demutatione agitur hoc loco. nullam scilicet libertatem, nullam civitatem, nullam familiam. Mutatur tamen libertate.

Dignitas magis. Magis accipe DETINĒZ, & statum pro statu capitis, quo de agitur. In suo statu manes

qui dignitatem amittit, & cuius est integri capitis, non qui statu capitis factus est minor. l. 6. §. vltim. de vsufr. ad cres.

Non minui constat. Capite minuti Romæ non morantur, Senatu moti Romæ morantur. l. 3. de senat. His similes sunt relegati & dati in opus publicum temporarium, & cæsi fustibus.

Si minima capitis deminutio. Veluti emancipatio vel datio in adoptionem. l. 4. §. penul. de grad. & ad fin.

Nam si maxima. Maxima & media similis est morti, atq; ideo vt mors, ita ius sanguinis vtraq; minutio perimit. Igitur mater mea mihi mater esse desinit me seruo aut peregrino effecto l. 2. §. 1. D. ad Tertyl.

Cognatio soluitur. Non ergo vt dixit capite superiore, omnibus modis capitis deminutione ius cognationis perimitur, quia non minima, sed maxima tantum, & media, quia morti similiter adsimulantur.

Ad omnes. Hac extrema clausula merito abest à libris vetustioribus.

## De legitima Patronorum tutela.

Per interpretationem. Scilicet leg. 12. tab. Veteres. Sex. Aelius, L. Atilius, P. Aelius.

## De legitima Parentum tutela:

Recepta est & alia tutela, quæ & ipsa legitima. Immo fiduciaria: sed moribus receptum est, vt legitima



*tima vocetur. quod etiam nos ad Vlpianum latius executi sumus: igitur legitima tutela, vel lege, vel interpretatione, vel moribus inducta est.*

*Emancipaverit. Et manumiserit, ut cap. seq. & l. 5. C. de dolo.*

*Legitimus. Imo fiduciarius, secundum ritum iuris veteris, quo contracta fiducia remancipatis liberis à parente naturali solebant manumitti, hodie pro legitimo habetur. Erat etiam fiduciarius tutor auctore Vlpia, & Gaius pater fiduciarius qui filium ex secunda tertiarumve mancipatione vel filiam aut nepotem ex una mancipatione mancipatum mancipatione sibi à parente naturali interposita fide manumittendi, ( ut l. verum. §. ultim. de iniust. rup. test. ) manumittebat. Sed hoc genere emancipandi liberos antiquato & ritus hic omnis, & quæ ex eo sequabatur iuris auctoritas antiquata est, levis eius umbra mansit tantum in nepotibus. qui post mortem parentis filiorum suorum impuberum ab avo manumissorum, vel fratrum vel filiorum fratrum, non legitimi tutores sunt capitis deminutione agnationis iure sublato, quod & parens habuit, retinentes, quod parens ipse non retinuit.*

### De fiduciaria tutela.

*Nam si pater. Legendum, parens, auctoribus lib. vet.*

*Si liberi eius. Libri sui, liberis item suis mortuo parente legitimi, liberis emancipatis, fiduciarij sunt tutores: liberi emancipati, liberis suis ipso iure tutores non sunt, ex Anastasij constitutione fratres emancipati & patruj, legitimi sunt tutores. quod & ad patrem eman-*

C 3 *cipatum*

cipatum trahi oportet. Liberi autem emancipati liberis emancipatis fiduciarij sunt tutores. Ergo liberi sui aut emancipati liberorum emancipatorum fiduciarij sunt tutores.

Et cæterorum. Filiorum scilicet vel filiarum fratris. Igitur pater filio vel filia, frater fratri vel sorori, patruus filio vel filiae fratris tutor est fiduciarius. eodemq; modo avus nepoti, patruelis patrueli, propior sobrino, propiori sobrino, patruus magnus nepoti fratris tutor esse fiduciarius potest.

Legitimi sunt tutores. Quia & ipsi patroni sunt. l. eum patronum. de iur. patr.

Quoniam filius. Hæc ratio ex aui & patris parte quasi claudicat. igitur recta non est: quod & ipsa ad Ulpianum demonstrat. Hæc ratio locum habet in fratribus qui fratris impuberis à patre manumissi post mortem patris fiduciarij, non legitimi tutores sunt & in ceteris. In patribus qui filiorum suorum impuberum ab avo manumissorum, post mortem aui tutelam suscipiunt, plus quàm manifesto claudet. nec tamen ideo contemnenda nec enim ferè vllæ sunt rationes iuris auctorum quæ non ex aliqua parte claudeant. contenti enim probabilibus, nec solliciti admodum fuerunt in reddendis exactis rationibus recepti & explorati iuris. verum in filijs suis & fratribus & ceteris. ratio tamen communis hæc fuit iure veteri, quia nec patrès manumissor fuit tutor legitimus, sed fiduciarius Patronus fuit legitimus. Iuris noui ratio communis non est.

Ita tamen hi. Hi, id est, liberi manumissorum.

Perfectæ ætatis. Quæ ætas etiam exigitur in heredo

rede tutoris vt inchoata per tutorem explicet .l.1. de fideiuss. tut.

Quod nostra constitutio. Igitur quod de perfecta etate in l. tutela. D. de tutel. l. quomodo defuncto. l. si reliquero. D. de legit. tut. ab Triboniano est. non ab ab ipsis auctoribus. namque olim ita ius fuit, vt minores 25. annis legitimi & dati tutores fierent. ceterum dati ad tempus excusabantur. §. item maior. infr. de exc. tut. l. οὐ μόνον. §. ἐὰν ἀπελεύθερος. D. eod. & in eorum locum curator dabatur, non tutor. nec enim ipsi tutores esse desinebant. l. 6. D. de cur. da. Testamento autem dati, tutores non fiebant ante legitimam etatem. §. furiosus. supr. qui testam l. quero. §. vltim. D. de testam. tut. proinde cum similes ij essent ex die datis tutoribus, in eorum locum non curator modo, vt est in §. ἐὰν ἀπελεύθερος, sed etiam tutor dari poterat §. infr. tit. prox.

In omnibus tutelis. Etiam in legitimis contra ius vetus. §. minores. infr. cap. 25.

## De Atiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

Maiore parte Tribunorum. L. Minutio, & M. Horatio Puluillo Coss. X. creati sunt Tribuni plebis: itaque cautum est, vt postea crearentur T. Liuius auctore. Maiore igitur parte, id est, sex Tribunis. Conscribunt edicta communiter praetores, & tribuni plebis apud Cicer. 3. Offi. & sic communiter tutores dant, & alia neg.

Qui desinebat esse tutor. Immo & deserto testamento, & deficiente conditione desinebat esse tutor. ceterum

40 I. C. NOTAE. AD LIB. I.  
rum hoc casu legitimus tutor illi succedebat, illo testa-  
mentarius.

Tutore capto. Testamentario vel legitimo.

Qui desinebat. Desinebat & is tutor esse tutore  
non reuerso. Caterum non reuerso tutore testamentario,  
illi legitimus succedebat: non reuerso tutore legitimo,  
sequens succedebat.

Ex constitutionibus. Ex eis verò constitutio-  
nibus tutores cauere compelluntur. §. penul. infr. de sat.  
tut. & administrare. l. 1. D. de administ. tut. l. 3. C. de  
susp. tut. l. 1. C. in quibus caus. tut. hab. vt ex cautione  
teneantur. l. non quasi. §. illud sciendum. D. rem pup.  
salfo.

Neque de cautione. Sed neque de inquisitione  
qua pro vinculo cautionis cedit.

Secundum suam iurisdictionem. Praefectus  
vrbi illustrium, & clarissimorum filijs, vt l. 1. C. de tut.  
& curat. illi pers. qui & apud eum ius legitima etatis  
affectantes mores suos commendant. l. 1. C. Theo. de his  
qui ven. etat. Praetor ceteris.

Vel magistratus. Duumviri. His etiam iniussu pra-  
sidis datum initio fuit ius dandi tutoris. l. 3. D. de tut. &  
cur. dat. Sed hoc iure vimur, inquit Iustinia. vt ne ali-  
ter possint. Duumviri tutores dare, quàm si praesides iu-  
beant. quod & circa defensores plebis per omnia praesi-  
des vsurpasse idem Iustin. scribit in Nou. 15. Th.  $\sigma\gamma\alpha\sigma\eta\kappa\omicron\upsilon\upsilon\epsilon$ .  
ergo magistratus municipales. vt §. sequ. & inter  
magistratus municipales, & ciuitatum magistratus, a-  
liquid interesse, quod Acc. ait, falsum.

Si facultas pupilli. Vt Th.  $\upsilon\pi\omicron\sigma\alpha\sigma\iota\epsilon$ , ac ne in re  
quidem parui momenti mutanda fuit vetus scriptura.

Vsque

Vsq̄ue ad quingentos. Quòd si valeant vltra, à  
*presidibus nimirum dabitur tutor.*

Vel alias publicas personas. Ita legit Th. at con-  
 stitutio ipsa, quæ est l. 30. C. de episcop. aud. exigit vt le-  
 gamus, vel alijs publicis personis, vel magistratus, vel iu-  
 ridicum &c. hoc sensu, vt defensores ciuitatum dent  
 tutores vnà cum Episcopo, vel cum alijs publicis perso-  
 nis, si his abundet ciuitas, vt specialiter additur in ipsa  
 constitutione, vel vt similiter magistratus municipales  
 tutores dent, vel in Alexandria iuridicus, cui & Consti.  
 Marci tutoris datio permissa est. Publicas personas vo-  
 cat eos, qui quolibet officio publico in ciuitate fungun-  
 tur. His verò etsi data sit Constitutionibus tutoris da-  
 tio, vix tamen eam vsurpant iniussu presidis, sicut da-  
 tam quoque pignoris capionem exequi non solent, iniuf-  
 su presidis. L. nominatori. C. de pign. nec heredem iube-  
 re, adire, & restituere nisi ex auctoritate presidis, au-  
 ctore Paulo 4. Sentent. tit. 4.

### De auctoritate Tutorum.

Auctoritas. Auctoritas præbetur verbo, non scri-  
 pto, non tacito consensu. l. 1. §. vlt. de tutel. l. 3. eod.

Mandatis. Adde, pignoribus. ex l. 38. de pignor. a-  
 ctio.

Bonorum possessionem petere. Aliàs, que-  
 rere.

Lucrofa sit. Quia etsi in veritate sit lucrosa, sub  
 incerto tamen anceps & periculosum est, vel adire eam  
 vel recipere ex S. C. Trebelliano. nam & fideicommis-  
 sarij Trebelliani recipiendo pro dodrante obligant se a-  
 ri alieno, & legatarijs, eademq; ratio non querenda

C s bono

bon. poss. sine tutoris auctoritate & non nouanda obligationis: at in suis heredibus rectè Paulus ait 4. Sent. a deò ad mortem testatoris rerum hereditariarum dominium continuari, vt nec tutoris auctoritas pupillo necessaria sit, si fortè soluendo sit hereditas.

Nec vllum. Vet. libri, & nullum.

In ipso negotio. In ipso articulo. Νό ἴσμεν, sed vel statim vt peractum est negotium, vt l. 1. in fin. & l. 2. de solut. hinc illa questio inter Iulianum & Neratium, quo tempore sit necessaria auctoritas tutoris mulieri manumittenti per epistolam, quo scribitur epistola, an quo certior sit, peragiturq; libertas. l. qui absenti, de adq. poss. & prior sententia obtinuit, quæ fuit Neratij et Proculi, auctore Vlp. lib. Reg.

Iudicio. Vet. iudicium.

Sed curator. Id moribus receptum erat hoc casu, vt tutorem habenti daretur tutor, auctore Vlpiano in fragmentis. hodie quia solemnia iudicia sunt, in locum pretorij tutoris curator adhibetur. quia hodie iudicia extraordinaria sunt.

### Quibus modis tutela finitur.

Pupilli pupillæque. In masculis hoc erat certissimum. fœmina olim pubertate tutela non liberabatur, hodie liberantur etiam patronorum tutela. l. 3. in fin. de tut. & cur. dat.

Tutela liberantur. Coniunctim tutoribus curatores accipiunt. l. 8. de reb. eor.

Ex habitu corporis. Vet. quidam, ex habitu dine corporis in masculis æstimare solebant.

Existimans. *Abeſt à lib. vet.*

Antiquis. *Fortè legibus Iulia & Papia. Macrobi. in ſomno Scip. Femina maturius biennio legibus liberantur.*

Vel deportati. *Qui doli potentes ſunt, & criminali iudicio tenentur. l. 4. C. de auct. preſt.*

Legitima tantùm tutela. *Agnatorum ſcilicet, non patronorum: quod nos in notis ad Vlpianum ſatis diligenter expoſuimus.*

Deſinunt autem. *Omnes veteres habent, deſinunt autem: facit igitur differentiam inter deſinere, & finire, vt Paulus cùm de uſufructu agit in Sententijs, inter amittere & finire. Tutela perfuncti ſunt, qui finitam eam deponunt, nō qui tutores eſſe deſinunt.*

Sefe excuſant. *In perpetuum, non ad tempus. § penult. c. ſeq.*

### De Curatoribus.

Quid. *Cod De curatoribus dandis, vel confirmandis. Ex veteribus qui meliores ſunt, & ipſius Theophyl. veteres, ſanè rectiùs, de curatoribus, vt ſuprà de tutelis, & in contextu Theophyl. πρὶ τῆς κηδεύου. Q.*

Viripotentes. *Frequentius iuris auctores in fœminis proprio vtuntur, quàm communi: in maribus quo vtantur, non habent aliud quàm commune, vt dicere liceat puberes eſſe viripotentes, aut puberes.*

Uſque ad xxv. *Fœmina citius quàm mas tutela liberatur, citius impetrat veniam ætatis: & vt Ariſtoteles ſcribit libr. 7. πρὶ ζώων ἰſογίας δάτηρον τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων καὶ νεότητα, καὶ ἀκμὴν λαμβ-*

λαμβάνει, καὶ ὑγίαινε. Curatione tamen citius non liberatur. quinimò in perpetua olim tutela foemina continebatur.

Sed curator testamento non datur. Quia nulla id lege nominatim permittitur. Lege verò 12. tabul. permittitur parenti tutorem, non etiam curatorem dare, ne à patre quidem, qui filium habet in potestate. l. 32. de excus. tut. quia lex 12. tab. de tutore testamento dando loquitur, non de curatore, argum. l. ventri, de tutor. & curat. dat. A matre verò neque tutor, neque curator.

Præterquàm in litem. Vel ad tutelam recipiendam, qui & ipse in litem videtur esse. l. 7. C. qui pet. tut.

Prodigi. Prodigii ingenui legitimi parentis heredes. quia legitimis tantum heredibus, qui malè dissipant parentis bona, lex 12. tabul. agnatos & gentiles curatores facit, non testamentariis. libertinis quoque lex curatores non facit, quia parentem civilem non habent, cui ex testamèto, vel ab intestato heredes esse possint. itaque prodigi libertini, vel qui ingenui ex testamento patri heredes extiterunt, datarios curatores habere possunt, legitimos non habent. quod nos Vlpianus docuit, & receptum est in prodigiis furiosorum exemplo.

Sed solent. Iam igitur non sunt legitimi, sed honorarij duntaxat curatores. l. 1. l. obseruare. l. sepè. D. de curat. fur. Lex 12. tabu. his personis nō prospexerat omni casu, non exheredatis à parente, non se abstinentibus, non parentis heredibus testamentarijs, non libertinis, hodie cœperunt omni casu ommissa lege prætorios



*uos curatores accipere.*

Interdum autem. Tutorem habenti tutor nō datur: Tutorem habenti causa cognita, curator datur: denique curatorem habenti, causa cognita curator datur. l. curatorem. C. qui da. tut. vel cur. l. ventri. D. de tuto. & cur. dat. Prima regula non est perpetua: nam tutorem habenti certis ex causis (vt ait l. 4. C. in quib. caus. tut. hab. tutor vel cur. det.) alius idoneus substitui sententia competentis iudicis solet, id est, in locum suspecti, qui conuictus ac remotus est, & in locum excusati: & hoc quidem S. C. introductum est, cū ex pluribus tutoribus vnus aut remouetur, aut excusatur in perpetuum. l. si quis sub condic. D. de test. tut. sequitur in d. l. 4. vel defuncti, vel relegati tutoris. & hoc etiam S. C. inductū est. d. l. si quis sub condic. Relegati, id est, deportati. In eius autem locum qui relegatus est salua ciuitate curator datur, non tutor. l. quōd si fortè. §. quid ergō. D. de solut. Hoc ampliū in locum furiosi, surdi, muti tutoris legitimi, ex S. C. alius tutor datur. l. penult. D. de tutel. est & alius casus in l. cū in vna. §. 1. D. de appell. & alius in l. si quis tutor. D. de tutel. & alius in tit. de auct. tut. supra.

Nec tamen fraudulenter. In locum suspecti tutor datur. §. vlt. c. prox.

Solent curatores dari. Quia non desinunt esse tutores.

Aduersa valetudine. Superueniente tutelam susceptam.

Quem velit auctorem. Ex eadem causa curator vel auctor vel adiutor dari potest: vt ecce in relegati tutoris locum vel curator, quemadmodum superius dictū est,

est vel actor .l. siue. §. vlti. D. de admin. tut. sic in locum minus idonei tutoris vel curator datur. §. interdum, supr. vel actor vel adiutor. Curatorem eligit magistratus: Actorem, Adiutorem, Tutor. Actor ad agendum à tutore vel à curatore constituitur. l. 1. C. de act. à tut. seu cura. dan. l. si actor. C. de appell. l. tutor. D. quan. ex fact. tut. l. actor. D. rem rat. hab. quia enim ab eis procurator constitui non potest, propterea quòd domini non sunt, ideo hoc eis datum est, vt quotiens absuturi essent, vel alias impedirentur, decreto Prætoris vel Præsidis actorem darent. Adiutor ad alia tutela munia deligitur l. solet. D. de tutel. qui ab Constantino Βοκσός dicitur. Sudas, Διδτωρ πρὸς ἑωλαίοις, Βοκσός, vbi legendū, Διδτωρ, Actor, qui & adiutor dicitur, litium causa constituitur. l. liberto. §. penult. de neg. gest. vel aliorum negotiorum causa. nam vt seruus actor negotiorum scilicet, non litium domini, ita liber homo actor rectè dicitur, qui aliena negotia agit. etiam si non sit constitutus apud acta, quanquam in eo quo de agitur, qui tutori fert suppetius, acta interuenire oporteat, & decretum. Proprie tamen actor litium causa. l. liberto. §. penul. de neg. gest. Adiutor aliorum negotiorum datur.

Vel infans sit. Atque adeò tutor auctor ei esse non possit ad iudicium accipiendum, vel dictandum. l. 2. de administrat. tut. vel ad alia gerenda negotia per se, vel per procuratorem. l. 24. eod. l. 6. rem pupill. salufore.

Vel absit vel infans sit. Etenim si præsto sit & dari possit, commodissimum erit eum sibi procuratorem tutore auctore constituere. l. neque. C. de procurat. l. cum minores. C. si ad rem iud.

Quem

Quem velit. Rectè, quem velit: & ideò sæpè  
 à tutore dari, constitui, ordinari dicitur in libris no-  
 stris.

Decreto. Valdè nouum est, vt qui procurato-  
 rem dare non potest, actorem constituat, ideòq; decre-  
 to est opus.

## De satisfatione Tutorum & Cu- ratorum.

Curet prætor. Vt l. eorum. §. 1. de damn infect.  
 Sic omnes veter. libr. non curat. & hoc sanè ius non  
 ex edicto Prætoris manat, sed ex constitutionibus. §.  
 sed ex his, supr. de At. tut. Cautio præstatur ex consti-  
 tutionibus: Prouocatio sit ex edicto Prætoris. Cautis-  
 nem præstant, qui cauere debent. Prouccant ad cau-  
 tionem, qui cauere non debent. Actio subsidiaria  
 datur ex Oratione D. Traiani aduersus eos, qui cau-  
 tionem acceperunt, & ex constitutionibus in heredes  
 eorum.

Tutores testamento dati. Etiam si non iure, pu-  
 tà, testamento matris l. 2. de confir. tut.

Ab ipso testatore. L. 26. §. in fin. quand. dies le-  
 gat.

Idonei electi sunt. Et pronuntiati. l. 5. de confir-  
 mat. tut. l. vlt. §. item rescripserunt à tutore, de admi-  
 nistrat. rer. ad ciuit. pertin. Ceteri si non satisfederint  
 legitimi administratores non sunt. l. pen. C. in quib. cau.  
 in integ. restit.

Offerre satis L. 53. §. pen. de fur.

Electiõne det. Alioquin suspectus esse præsumi-  
 tur, qui vltimò tutela administrationem affectat, con-  
 tutori

tutori electione non delata.

Ille gerere debet. Vt solet dissentientibus inter se creditoribus in portione eligenda, quam à debitoribus ferant. l. maiorem, de pact.

Coerceantur. Vel remoueantur quasi suspecti. l. 1. & 2. C. si tut. non satisfd.

Sed hi tantummodò. In prouincijs duumviri aut defensores: In vrbe, scriba, aut is quem Prator in hoc delegauerit. l. 2. & 3. D. rem pupill salu fore. l. vltim. C. de mag. conuen.

## De excusationibus Tutorum & Curatorum.

Exemplo cæterorum munerum. Numerus trium liberorum excusat à legationibus. l. 1. C. de legatio. A cæteris muneribus personalibus, numerus quinque: Ab omnibus muneribus numerus xvi. l. semper. D. de iur. immun. ac legendum omninò est in l. si quis decurio. C. de decur. non xiiij. sed xvi. liberorum Constantinus rectè in hunc modum, ὁ ἔχωρ δεκάεξ ταῖς δ' αἰ, πάντων λειτουργιμάτων ἀπαλλάτῃ.

Publicum munus esse. Tutelam esse publicum vel ciuile munus nemo est qui nesciat: neque video qua in re ab hac sententia discrepat l. ἐὰν δ' ὅ, §. tutela. D. de excusat. tutor. at existimo tamen spurium esse. §. tutela, nec enim solet Modestinus Græco contextui Latinas, nisi ex alijs auctoris, sententias inserere. nullum verò auctorem habet §. tutela. denique eo sermone contextus est, qui nostris auctoris non est in vsu: nec enim prouincialis muneris vsquam fit mentio, nec Reipub.

pub. munus à civili munere quasi diuersum vsquam se-  
cernitur.

Adoptiui libri non profunt. Sicut nec ad libe-  
rationem operarum ex lege Iulia de maritandis ordini-  
bus libertinis.

In locum patris. Si pater viuat, aut non profunt.  
l. 2. C. qui num. lib.

Ex filia non profunt. Quia non succedunt in lo-  
locum matris.

In acie amittuntur. L. vlt. de vacat. mun.

Viuere intelliguntur. Plautus, Qui per virtutem  
perbitat, non interbitat.

In semestribus. An exemplo D. Augusti & Tibe-  
rij inibat D. Marcus concilia semestria? De Augusto ita  
Xiphilinus scribit, καὶ πεντηκοντα τῶν βουλευτῶν  
τούς κληρωλαχόντας συμβάλλας ἐν δζάμηνου πα-  
ρελάμβανε, καὶ ἔσιμ ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν.  
pariter & de Tiberio. De Augusto itidem Suetonius  
Tranquillus.

Quatenus Reipublicæ. Quandiu, vt contra:  
quandiu, pro quatenus sapè.

Et intereà curator. Immò tutor dabitur rectè. l.  
quasitum. D. de tutel. nisi dicamus, vti vulgus solet tu-  
toris & curatoris abuti nominibus, ita Paulo questionem  
fuisse propositam, rectè autem Paulum non de tutori-  
bus, sed de curatoribus respondisse, quemadmodum ap-  
paret ex l. curatorem. D. de tut. & curat. dat. que ex  
eodem sumpta est libro, pariq; errore is qui abfuturus e-  
rat Reipub. causa, desiderabat tutorem in locum suum  
dari, in l. 3. §. si quis abfuturus. D. de susp. tut. & in l. 9.  
D. de tut. & rat. dist. Vlp. Tutela obiter dixit pro Cura-  
tionis.

D

tionis.

tionis, vt in l. ne lucrum. C. de cur. fur. Is enim qui P. ei. pub. causa abest, cum non desinat esse tutor, in eius locum tutor substitui non potest.

Pupillorum tutela vel cura eorundem. Bene expressit tutela & cura differentiam. Tutela est personarum, Cura bonorum. Tutores tutelam, curatores substantiam siue res administrant l. 39. §. penult. de liber. caus. l. Lucius. §. 1. ad Treb. Græcus auctor apud Suidam, τῶν αἰσῶν ὀρφανῶν ἀπολείπων τὸν ἀδελφὸν ἐγχεῖται τῶν ἐπιτροπῶν καὶ τῶν χρημάτων ὡς ἐκείνων κοίτη μελεδών.

Pro vna computetur. Pro administratione est etiam cessationis periculum. l. 13 ff. eod.

Quam per se. Solus sine fratre. ratio autem hæc est, quia & pauper vix satisfactionem præstare potest. l. 2. §. vlt. de coll. bon.

Sufficere. Et hoc casu ex sententia Pauli eius nõ temerè excusatio debet accipi, quia rationes per aliũ conficere potest.

Inimicitia. Qui post susceptas inimicitias testamento tutor datus est, se excusare non potest: quandoquidem hoc ipso gratia videtur facta reconciliatio, nisi, vt plerumque fit, patet ideò inimicum tutorem dederit, vt molestum ei & operosum negotium exhiberet. A cæteris tutelis inimicitia capitales excusant, dum tamen facta non sit reconciliatio.

Item maior LXX. A patrimonialibus muneribus, à mixtis, ab honoribus etas non excusat. Ab honore decurionatus etas LV. annorum excusat. A muneribus personalibus etas LXX. & vt in lib. 10. Cod. latius exponemus, vulgò perperam legitur LV. pro LXX. in l.

3. C. qui eta. se excus. hac enim qua posuimus, omnia delicta sunt rata & firma.

Ad legitimam tutelam. Ad quam olim ipso iure etiam pupillus vocabatur, ut duobus locis Vlpianus ostendit lib. Reg. tit. de tutel. administratione scilicet curator à pretore permissa. §. interdictum, sup. c. 23. aut excusatione tamen eorum admissa.

Cùm sit inciuiile, Vet. cùm erat. Cùm, pro, quia.

Et ab alijs. Vet. & sub alijs.

Has artes exercent. Vet. id exercent.

Se esse tutores vel curatores. Duo verba ultima non sunt in vet. libris.

Datus autem tutor. Datus generaliter.

Ad vniuersum patrimonium. Et quia datus intelligitur ad omne patrimonium & omnem utilitatem pupilli, idè excusatione indiget, cùm non in eadem provincia omne patrimonium est.

Non cogendum. L. 3. §. vlti. de tut. & rat. distrah. & Græci interpretes ad l. 69. §. nuptijs, de iu. dot. l. 3. §. quæri, de susp. tut.

Excusare se posse. Qui & remoueri potest, ne reddenda curationis ratio adhibeatur.

Non est liberatus. Aliàs admissa iustæ excusationis effectus hic est, ut periculo tutela liberet.

## De suspectis Tutoribus & Curatoribus.

Et Legato Proconsulis. Qui & tutorem dare potest ex Oratione D. Marci, l. 1. de tut. & curat. dat. l.

*pen. de offic. procons.* Idem verò concessum non est ei cui *præses* prouinciæ mandauit iurisdictionem suam, tamen si par utilitas & fauor id pupillorum exigat ei permitti, sicut & ei qui mandatis prætoris ius dicit idem interpretatio prudentum remisit l. 1. §. *damus.* eod. l. *pen. de offi. eius cui mand.*

*Famæ patroni parcendum. Verbis mitioribus temperata postulatione & sententia. & vide l. 38. §. penul. ad leg. Iul. de adult.*

*Pietatis necessitudine. Quid. Cod. pietate necessitudinis.*

*Et auia. Vet. & auia possunt. potest & foror.*

*Nutrix quoque. Nam & hæc quasi altera mater est, vt lupa Virgilio dicitur mater Remi & Romuli.*

*Iniuriam pupillorum. Putà cognatorum, vel adfinium, vel patroni patronæ liberorum. nam exterorum iniuriam mulier non exequitur publico iudicio publicæ, aut populari actione.*

*Ex consilio necessariorum. Cur non & impubes ex consilio necessariorum, cum & ex consilio tutorum alios accusare possint, si res ad eos pertineat? l. 2. de accus. nimirum quia hoc eis legibus concessum est non etiam illud.*

*Iulianus quoque rescripsit. Vet. rescripsit, vt §. seq & §. item qui R. P. supr. c. prox.*

*Iulianus rescripsit. Et hoc quoque Theophylus Iuliani &  $\pi\acute{\iota}\nu\kappa\tau\iota\sigma\tau\iota\mu$  vocat, id est, rescriptum, siue responsum.*

*Cognitio recepta fuerit. Cognitionem suscipit iudex statim atque litigatores litem susceperunt, id est,*  
cum



*cum litem contestati sunt apud eum. l. inter, de pub. iud.  
l. pen. de iurisd.*

Posteaque tutor vel curator decesserit. Idem iuris est, si quouis alio modo finita tutela fuerit. l. penult. D. eod. tunc enim aduersus tutorem sufficit tutelæ actio, quæ famosa est æquè ac suspecti actio ob dolum, secuta condemnatione. Suspecti agimus pendente administratione tutelæ: quia interim tutela agi non potest. Actione autem suspecti, id solum intendimus, vt tutor remoueatur, quo finita hoc modo tutela, deinde tutela eum actione conueniamus, qui non ex fide bona tutelam gessit. Alio igitur modo finita tutela, quàm remotione suspecti, quid opus est vel suspecti agere, vel suspecti actionem peragere?

Extinguitur suspecti cognitio. Et hoc quoque Papiniano visum est. & fortassè superiora verba, vt Papiniano visum est, in hunc locum transferenda sunt.

In possessionem bonorum. Ideò mittitur in possessionem, quia tutor latitat, & in eum ob hanc causam remotum tutelæ agi vix potest.

Ergò vt suspectus. Benè, ergò: nam si non potest remoueri, non est cur pupillus mittatur in possessionem, aut bonis tutoris curator detur.

Alimenta non posse decerni. Duæ negationes pro vna. sic enim vet. scriptum habent, sic legit Theoph. sic Varro. omnes heroas negat nescisse.

Qui data pecunia ministerium tutelæ adquisierit vel redemerit. Hac verba, adquisierit vel, absunt à vet. lib. Reliqua autem sic meo iudicio restituenda sunt, Data pecunia ministerijs, tutelam

redemerit, vt in l. 3. §. tutor. D. eod. tit. Ministerijs autem, id est, Officialibus & ministris Prætoris, per quos fit inquisitio. Data pecunia, corrupta fide inquisitionis ministeria siue officia prætoris.

Si fraudulenter tutelam. In vet. additur, vel curam.

Remittitur puniendus. Rectè Theoph. εἰς τὸ σῶμα, quia pœna corporalis executio ad prætorum non pertinebat, & hoc libris Tribunalium Vlpianus, quibus quæ cuiusque Tribunalis iurisdictio propria & potestas esset.

Satis offerant. Quod & plerunque faciunt qui locupletes, non qui pauperes sunt, quibus indifficili est satisfationem implere, l. 2. de custod. reorum. & ideo subiicit, Suspectum enim. sic omninò legendum est.

Suspectum eum. Vet. Suspectum enim eum.

Moribus talis est. Quamuis sit locuples.

Fidelis tamen & diligens. Quia non tantum fides, sed etiam diligentia à tutore exigitur, ideoq; dolum & culpam præstat.

## AD LIB. II. INSTITVTIO. NUM DN. IVSTI- NIANI.

### De rerum diuisione.

**I**N nostro patrimonio. Patrimonio bona paterina significat: matrimonium bona materna. Seneca lib.

ca lib. 1. de benefic. cap. 3. quia latè patentis matrimo-  
nij sit, &c. qui tamen locus ab Erasmo depravatus est.  
nam & apud Sueto. Tranquillum, & Valer. Maximum  
ita matrimonium accipi aly quidam adnotarunt Hoc  
autem in loco. In patrimonio, id est, in bonis. Servitu-  
tes propriè ex bonis non sunt, l. 1. D. de usufruct. lega. at  
quia certè non sunt etiam omninò extra bona, magis est  
vt bonis adnumerentur: Igitur non ea tantum qua sunt,  
sed etiam qua intelliguntur, id est, incorporalia in bonis  
nostris computantur.

Communia sunt. Communia sunt, quorū vsus,  
& utilitas iure gentiū commune est omnibus hominibus.

Aqua profluens. Aqua non profluens, iure gentiū  
communis non est. Aëeris, vel aquæ fluentis vsus commu-  
nis est, sicut & fluminis. & aquæ quidem quatenus eam  
sumere, & vti: fluminis verò quatenus in ipso piscari, &  
per ipsum nauigare cuiq; liberum est. vsu enim solo dis-  
cernetur flumen, & aqua flumine a.

Litora maris. Imò sunt populi, qui in ea imperium  
habet. l. 3. ne quid in loc. pub. Dico litorū vsum esse com-  
munem, sicut maris. alioquin nec maris vsus vllus com-  
munis esset, si & litora non essent in vsu communi. Et  
quòd dicitur ea esse populi siue publica, vt d. l. 3. & l. pe.  
§. 1. di. acq. rer. dom. sic est accipiendum, vt vsu sint pub-  
lica iuris gentium, sicut mare. d. l. pen. §. 1.

Accedere. Non piscandi tantum, sed etiam edi-  
ficandi, occupandi, vsurpandi causas. l. quod in litore. D.  
de adq. rer. dom. l. in litore. D. ne quid in loc. pub. nam  
communium rerum proprietates omnibus patet: ideoq; &  
in mare constructa edificia, moles pileæ iacta eius sunt  
qui iecit. l. 2. §. aduersus. l. litora. C. ne quid in lo. pub. l.

D 4 quam

quamuis. l. ergò. §. vlt. D. de adq. rer. domi. l. 1. §. quod si quis, de no. op. nun.

Et portus publica sunt. Publica iuris gentium vsu. l. aded. §. quod si toto. D. de acq. rer. domin. l. fluminum D. de dam. infect. Proprietate autem publica sunt iuris civilis: nam fluminum & portuum proprietates, est populi, nec omnibus equè patet, vt rerum communium proprietates. riparum autem proprietates, est priuatorum, qui proximè prædia possident. Igitur publica, vsu sunt communia, proprietate non item. Id tamen notandum est, flumen & aquam profluentem, intellectu ita discernenda esse, vt sit flumen publicum nomen: aqua commune. Separat publica à communibus, quamuis & hæc ipsa publica sint. quia quæ sunt communia, eorum proprietates nullius est. l. ergò, in fin. de acqu. rer. domin. l. 51. de contr. empt. Quæ sunt publica, eorum proprietates alicuius est. l. 1. de interd. videlicet si conferantur cum communibus. nam si cum rebus singulorum sanè non sunt propria singulorum. Item ex communibus quæ occupari possunt, occupanti in medio posita sunt, ex publicis non item. quo fit, vt qui mare aut litus ædificat, iure gentium suum ædificium faciat, quanquàm melius in ædificando etiam adhibere publicam auctoritatem l. fluminum, de dam. infect. l. quamuis, de acquir. rer. domin. qui verò in flumine vel ripa ædificat, vel quolibet alio loco publico, nullo modo suum opus facit sine publica auctoritate. Denique rerum communium proprietates omnibus vacat, rerum publicarum non item.

Ius piscandi omnibus commune est. Quia perpetuum & fluminum vsus iure gentium communis est, sicut riparum. Publica hæc omnia sunt. l. 3. de flum. id est,

id est, communia vsu, non proprietate. Communia verò vsu & proprietate omnibus patent, omnibus vacant.

Litus maris. Vt ripa est qua flumen cum est plenissimum, ita litus, qua mare cum maximè aestuat alludit. At ripa plerumq; recta, litus sinuosum. Pomponius Mela. In Aethiopia oras maris vastis præcisas montibus ripas potius esse, quam litora.

Publicus est iure gentium. Libri scripti habent iuris gentium, vt l. ad eo. § quod si toto. de acquir. re. do. l. vltim. de vsurp. & vsuc. & §. prox. Id est, communis proprietate autem est eorum, qui propè ripas prædia possident, quibus potissimum & earum muniendarum onus incumbit.

Adplicare. Quod est subducere vel conferre.

Religare. In l. riparum. D. de re. diuis. malè additur, retia ficare, & ex mari reducere: rectiusq; hoc in titulo sunt hæc verba translata ad litorum vsum. Coluthus ἐπ' ἠὲ ὄρει τῆς ἰσθμῶς κατὰ τὴν ὄρεα ἔδ' ἔσται.

Litorum quoque vsus publicus est & iuris gentium. Legendum, publicus est iuris gentium. vt iam ante demonstraui. id est, communis. l. præscriptio de vsurp. & vsucap. Proprietate verò nullius, his locis exceptis, quæ ab aliquo occupata, speciem litoris amiserunt.

Casam ibi ponere. In tantum, vt soli dominus constitutatur. l. in tantum. D. de rer. diuis. Vt verò ædificium ponat in litore, ideo fit, quia litoris vsus publicus est iuris gentium. Vt positum ædificium sibi habeat, ideo quia litus est commune. In ripis posita ædificia solo cedunt, nõ ædificant: In flumine, populo: nisi publicè, id est, ritè & consensu populi vel principis imposita sint. l. fluminum.

D S D. de

I. C. NOTAE. AD LIB. II.  
D. de damn. infe. Ex his apparet, publica à communibus proprietate tantum distare, non vsu. vsus maris, litoris, fluminis, ripa publicus est iuris gentium. Mare, litus commune: eius namque proprietate omnibus patet: flumen, publicum iure civili. ripa, priuata. & ita Ioanni etiam videtur antiquissimo iuris interpreti. Casam frondeam, que & umbra dicitur.

Retia ficcare. Ouidius. Dum retia litore siccat.

Ex mari reducere. Deducere est mittere in mare. Ouidius. Deductas mare carinas. Iubet carinas infra te deduci.

Vniuersitatis. Hac sunt vniuersitatis & vsu & proprietate. separatae a quæ vniuersitatis sunt, à publicis, quamuis & hac ipsa vniuersitatis sint l. 1. D. eod. tit. nimirum quia publica non sunt in patrimonio populi. l. 14. de adq. rer. demõ. Vniuersitatis autem quæ sunt, in patrimonio populi habentur. Vtraque tamen sunt in vsu publico & separanda sunt ab his, quæ sunt in patrimonio fisci, quæ non sunt in vsu publico. l. pacta. §. vltim de contrahen. empt. l. 2. §. hoc interdictum. Ne quid in loc. publ. ac præterea publica communia sunt omnium hominum. Vniuersitatis verò communia tantum ciuitatum, illa iure gentium vsibus omnium, hæc iure civili vsibus ciuium deseruiunt. l. 2. §. 1. Ne quid in loc. publ.

Communia ciuitatum. Non communia omnium. vt agri, aut villa, aut aræ, vel insula in ciuitate edificata nomine publico. l. 2. §. publici. Ne quid in loc. pub & balnea, basilica, forum. Via autem & itinera publica, & limites per quos omnibus iter debetur, publicæ sunt, non vniuersitatis.

Nul-

Nullius autem sunt res sacræ. Hæc ita nullius sunt, vt nec vllius fieri possint. Res autem profana, quæ nullius sunt, alicuius fieri possunt.

Sacræ res. *Quidam Cod.* Sed sacra sunt quæ ritè & per Pontifices Deo consecrata sunt.

Per Pontifices. Non priuata auctoritate, vt subiicit Aelius Gallus: Quod, inquit, priuati suæ religionis causa Deo dedicant, id Pontifices Romanos non existimare sacrum.

Papinianus rescripsit. Hoc verbo significatur liber responsorum, vt in l. ex contractu. D. de re iudici. rescripsit dandam in eos actionem. Est etiam hæc sententia Papiniani ex lib. responsorum. l. ead. D. de contrab. empt.

Inuito socio. Vel ossa mortui.

Inferre non licet. Nisi si alius non sit locus, in quo defunctus socius oportune sepeliatur, sicut nec inuito fructuario inferre licet, nisi si alius defuncto proprietario sepultura locus opportunus non sit.

Nisi consentiente usufructuario. At cur cõsentiente usufructuario seruitutem dominus imponere non potest? An quia dari hoc domino non potest adhibito consensu fructuarij, quin & fructuario datum videatur, cuius potissimum interest, seruitutem nõ imponi, ex qua deterior fiat vsusfructus causa. Atque ita dominus & fructuarius sibi inuicem obstant, vt nec soli per se, nec simul seruitutẽ prædij fructuario imponere possint. l. sed & si quid. §. vlt. D. de vsufr.

Quàm illatus est mortuus. In lib scriptis adduntur hæc, sine voluntate eius: quæ siue auctoris sunt, siue interpretis, meo iudicio recta sunt, & ratihabitionẽ illa.

illatione posteriorem esse indicant.

Ciuitatis. *Abeſt, à libr. vet. & in l. 1. D. de diuiſ. re.*

Et portæ. In ritualibus libris Etruſcorum, quibus perſcriptum eſt qua ſanctitate ſint muri, quo iure porta, ſanctitate muri ſeparantur à portis, & in libris Pontificum ſoli muri dicuntur eſſe ſancti, itemq; ab Aelio Gallo, & hoc loco ſubiicit, qui aliquid in muros, nec adiicit, in portas. quia ſcilicet maior & antiquior murorū ſanctitas eſt.

Natura prodidit. Imo ius ſempiternum, & rerū natura æquale, atque adeo genere humano vetuſtius. Vis hæc eſt non modo ſenior, inquit M. Tullius, quam ætas populorum, & ciuitatum, ſed æqualis illius, cœlum atque terras tuentis, & regentis Dei.

Et piſces & omnia. Legendum, id eſt, omnia.

Iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. Nā hæc quoque iure gentium communia ſunt. l. quod in litore. D. de adquir. rer. domin.

Tuum eſſe deſinit. §. hæc autem. c. 9. lib. 4. A te etiam poſſideri deſinit.

Vt eam non capias. Et harum rerum dominium non adquiris ſine poſſeſſione naturali, id eſt, niſi eas ceperis. l. 1. de adq. poſſ.

Alueo includantur. Alueo incluſa tui dominij ſunt, licet fera ſint, nec ita clauiſa vt non abire poſſint: & fructus & μνοί ſunt, puta, mel, cera, & propolis. nec quidquam inter hæc & columbas intereſſe Cælius ſcribit, que etſi manus effugiunt, non longè tamen domo fugiunt. Proculo aliud iudicium fuit de apibus.

Si



Si quos effecerint. Legendum, si quos ex fecerint: eos autem eximere, & mel capere quilibet potest citra furti crimen.

Animum reuertendi habeant. Quo animo etiam sui possessionem absentes nobis conseruant, sicut homines. l. 3. §. item feras in fin. de adq. poss.

Aliquo casu turbati. *Vet casu, vt Theo. ἐκ ἁτυχησῆς, non modo.*

Furtum committere. No. 69.

Nostri fiunt. Mobilia fiunt occupantium, immobilia publicantur.

In seruitutem nostram deducantur. Xenop. 7. νόμος ὅτι πάντα τὰ ἀνθρώποις αἰσθητὰ ὄντα πόλεμον ἔχοντων πόλις ἢ ἄλλῃ τῇ ἐλόντων εἶναι τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τὰ κτήνη.

Præterea quod per alluionem. In occupatorijs agris, vel arcifinijs, Ius alluionis locum habet, non etiam in diuisis & assignatis: nam hi certa mensura continentur: illi etsi finibus distincti sint, certa tamen mensura non continentur l. in agris. D. de adq. re. do. eadē q. ratione in his Ius subseciuorum interuenit, in illis non item. Qua autem ratione non est Ius alluionis in agris limitatis, eadem quoque in lacubus & stagnis alluio cessat: nam vt ait l. lacus. D. eod. tit. licet interdum crescant, interdum decrescant (sic enim lego, vt in in l. vicinis. de aq. & aq. pl.) suos tamen terminos retinent.

Quod si vis. Torrentia flumina, aut ex vna parte terras abstrahunt, quas in contrariam transferunt, id quod vel alluione fit, vel vi maiore: aut alueum mutant: aut per circumluuionem in insulas efficiunt: aut etiam late agros

agros inundant, ac tum ex iure quid statuendum sit, diligent-  
 er hoc in loco Iustin. exequitur. Apparet autem, aut censuores  
 vel agrimensores fluminum vice, aut hæc illorum vice, ex  
 publico in priuatum, & ex priuato in publicum, & ex vno  
 in alium addicere, l. ergo. §. flumina. D. de acq. rer. dom.  
 Cassiod. lib. 3. Var. Agrimensore inquit, more vastissimi  
 fluminis, alijs spatia tollit, alijs iura concedit: nec erit  
 alienum id etiam ex Alexiade ea confirmare, quam tu P. Faber,  
 me Auctore, in manibus habes, vt emendatam omni ex parte,  
 quamprimum in lucem emittas: in qua sic de vi atque impetu  
 vastorum fluminum Anna differit Imperatoris Alexij filia,  
 τάχιστα δὲ ὁ μέγιστος τῶν ποταμῶν τοῦτοντι, ἕπει-  
 δαρ δὲ τὰ προχώσεως ἀνασκιάτι ἀξιόλογον ἐπιφορήσασιν  
 γὰρ τότε δὲ ἐπὶ τὰ καταξροπα ρέσσειν, ὡπας δὲ  
 μεταμείφοντες τὰς πρώτας κοίτας αὐτῶν, καὶ τῆρ  
 μὲν θαλασσὰ καταλιμκανσαι πάρος δ' ὀρυγξ̄, Ἐ  
 χηρεύσσαν ὕδατος. ἢ ἢ ἢ ἢ δ' ὀρυγξ̄ σιν, ἐμ  
 πιπλώσιν ρευμάτων πολλῶν. Quod & de M-  
 andro, quem idem auctor tuus, σκολιῶτατον πτατῆρ  
 ἢ καμπὰς συνεχῆς ποιῶμινορ. lib. 14. appell. Strabo  
 in hunc modum extulit lib. 12. ὁ μαίανδρος δὲ διὰ τοῦτο  
 σκολιορ ὅτι πολλὰς μεταπήσσει λαμβάνει τὸ ρεῖθρον  
 καὶ πολὺν χῶρον κατέγωρ, ἄλλο τ' ἄλλω μὲρ τ' αὐγιάλῶν  
 προσίησι.

Fundo adquisitæ esse. Arbores scilicet & pars prædij  
 ea quoque qua his arboribus consita est, quia non iam  
 his ea pars solum est, sed prædium vicini, cui tam ea  
 pars quàm arbores. quæ in ea radices cæperunt, cedunt

tam-

tanquam solo superficies, & priori domino necessaria est in factum seu utilis in rem actio pretij consequenda gratia.

Prope ripam prædia possident. Qui prope ripam prædia possident, ripæ sunt domini, & insula nata in flumine; & adificij ibidem constructi, & alvei derelicti.

Rursus nouus alueus. Ergo alvei mutatione dominium amissum nõ restituitur. l. si ager. l. cum vsu fr. D. quib. mod. vsu fru. amitt. sunt qui hac in re putant l. Attius. & l. ergo. §. alluuius. D. de adq. rer. do. inter se discordare. Id secus est: nam l. Attius. est de alvei mutatione. §. Alluuius, de inundatione.

Sabinianorum & Proculianorum. Hi speciem, illi materiam spectant. Est verò harum familiarum hac in re dissidentium inter se vestigium in l. Minicius. D. de rei vind. quæ lex nauem edificatam ex aliena materia negat edificantis esse: sed Minicius & Iulianus Sabiniani fuere. Vt autem eæ familiae proseminatæ sint, nemo est qui nesciat. Id nondum quisquam animaduertit in l. D. rer. amitt. inuerso ordine permixtisquæ familijs iurisconsultorum legi, Nerua & Cassio: Sabino & Proculo, quod sanè emendatione indiget.

Media sententia. Vt l. 3. si pars hered. pet. l. 7. vt le. nom. ca. §. vlt. c. 6. lib. superioris. Plerumq; melius est in medium ire quam in summum vel in imū. Media autem hæc sententia eriscundarum distinctionem rerum fecit, quã quod nullã fecissent Sabiniani aut Proculeiani, ideo neutrorū sententia obtinuit, Sabinianorū certè nõ nisi in vase factõ ex auro, vel argẽto, vel ere alieno, quia materia

materia

*materia manet, & in frumento secusso ex spicis alienis, quia noua species non est.*

*Intellegi dominum, qui fecerit. Si bona fide fecerit suo nomine, non si mala fide auctore Paulo & Vlp. l. 12. ad exhib. l. 52. de furt.*

*Et quibusque alijs possessoribus. Quia res extincta est, ideo quibusq<sub>3</sub> aestimatio eius rectè condicitur: nec enim quod extinctum est, meum est. Porro extinctū videtur, quod accessioris loco alienæ rei coheret, atq<sub>3</sub> ad eo vindicari non potest, condici potest: potest & ad exhibendum agi.*

*Si duorum materiæ. Confusio, Aut permixtione fit, aut ferruminatione. Illa communionem ita demum inducit, si difficilis sit materiæ separatio: ferruminatione non inducit communionem: plumbatura multominus, nec enim plumbatura confusionem facit. Cæterum si quid per applumbaturam rei alienæ accedat, ad exhibendum est actio: quia facilè replumbari potest. Est & condictio, vti dictum est in §. si tamen alienam: vindicatio non est. Si per ferruminationem, non est ad exhibendum actio, quia referruminari vix potest: est tamen condictio. est & in factum actio. l. in rem. §. item quæcumq<sub>3</sub>. D. de rei vind. id est, utilis vindicatio. Cum verò alia alijs per plumbaturam vel ferruminationem non accedunt, sua cuiusque res manet. l. quidquid. D. de adq. re. do. ideoq<sub>3</sub> integra est unicuiq<sub>3</sub> in rem actio: & hic igitur est actionum ordo, Vindicatio, Ad exhibendum, In factum.*

*Solo inædificatur. Non est, solo, in lib. vet. sed & in §. quod si partim. sup. non est, miscuerit, & in §. si tamen. ita legitur, siue ipse fur est, qui vest. fecit.*

cit. & in §. cum ex aliena, ad rudem massam æris vel arg. vel aur. red. Vin. autem aut oleum: quæ non adeo magni momenti sunt, vt salua fide præteriri nõ potuerint.

Ne quis tignum. Aut sciens tignum alienum vineis vel adibus iunxit, aut ignorans: si sciens, in duplum tenetur: præter duplum est etiam ad exhibendum actio vel vindicatio, quasi dolo desierit possidere. & hoc aperte traditur in l. 1. §. vlt. & l. 2. D. de tig. iunc. ignorans, nec vindicatione tenetur, nec ad exhibendum actione. namq; in eo cessat ille color, quasi dolo desierit possidere: sed in duplum tenetur pro tigni pretio. in illo, legitima actio pœnalis est: in hoc, pœnalis esse non videtur. An & qui sciens sciente domino iunxit, ita vt dictum est tenetur? Minimè gentium, quinimmodò hoc casu cessat lex 12. tab. & ad exhibendum competit actio, vt soluta tigna vindicentur. l. de eo, D. de donat. int. vir. & vxor. Ex ipso iure & omni casu ad exhibendum actio & vindicatio: idq; scientes Decemviri, tigna solui prohibuerunt ignorante domino inclusa, & dupli actionem pro tignis constituerunt. l. qui res. in fin. D. de solut.

Si non fuerit duplum iam persecutus Persecutus pro consecutus. vt §. de ijs. infr. cap. 9. & §. sunt præterea. lib. 4. c. 6. & l. 57 §. vlt. de verb. sig. vt contra consequi pro persequi. l. filium. ad leg. Iulia. de adul. & adsequi in orat. pro Cæcin.

Cuius & solum est. Nisi in ciuitate edificauerit domino cessante iuxta formam orationis Marci. l. cum duobus. §. idem resp. Pro soc. l. ad curatoris. §. 1. de dam. inf. quod etiam Vespasiano Suetonius & Victor attribuunt & Adriano, l. 5. C. de edifi. priu.

E Per

Per exceptionem doli. Et hac quidem via seruantur impense, non per actionem l. Paulus. D. de exc. do. l. 2. C. Greg. de rei vind. sed tamen si per errorem sine deductione fundum restituerit, incerti condictio est, id est, possessionis, ut in l. qui excep. §. si pars. D. de cond. ind. l. heres. D. ad Trebell. Certi condictio non est: de qua accipienda est l. si in area D. de cond. ind. namque ait ideo conductionem non competere, quod res facta accipientis non fuerit. quæ ratio non excludit conductionem incerti. De conductione certi accipienda etiam est l. ex quibus. eod. tit. & de retentione facti non iuris: nam ex quibus causis retentionem ipso iure habemus, petitionem non habemus, ea si soluerimus, certi condictio est. l. seruus quem. D. de act. empt. l. quod dicitur. §. vltim. D. de imp. in res dot. At ubi retentionem eam in qua factum versatur, habemus, & conductionem retentionis habemus. Vbi petitionem non habemus, nec repetitionem habemus, id est, certi conductionem. Dolus est ex aliena iactura lucrari velle l. illud. de pet. her. l. 17. §. penul. de instit. action. In hanc verò rem multæ sunt leges satis notæ omnibus quibus tamen addi velim. l. 32. §. Lucius. de vsufr. leg.

Quod intelligere alienum esse. Benignius tamen est idem etiam malis. possessori dare vsque eo quo dominus locupletior factus est. l. plane. de pet. her. l. Iulianus. 2. de rei vind. Hæc ita si sciente non si ignorante domino soli ædificauerit. l. purè. §. si donauit. de dol. except.

Eius permanet cuius fuerat. Ideoque directo vindicari potest: superiore casu utiliter.

Prope confinium. In confinio, & τὸ ἐξ ὅμοιο ἐἶναι  
eoque

eōq; cū dixisset Gaius in l. adeo in fin D. de adq. re. do. prope confinium, subintulit Marcianus in l. prox. Sed etsi in confinio lapis nascatur, & sint pro diuiso, sic enim legendum est, vt referatur sententia l. arbo. D. com. diuid. & l. penult. D. pro soc. Sed de arboribus in in confinio positis videamus. Est, inquit Frontinus de limit. agr. controuersia genus de arborum fructibus, quæ in fine sunt siue intra, nec vllam ad radicem habent controuersiam, quotiens inclinata in alterutrum fructum iactauerint, inter affines monent disputationem. Est igitur vel de radice controuersia, vel de glande legenda. Controuersia radice ita iure nostro definitur, si ex vtraque parte arbor in fine posita radices egerit, communis est: quæ non est posita in fine, etsi vtrinque radices egerit, communis non est. l. si plures. D. arbor. fur. cas. l. vlt. D. quod vi aut clam. At quæ omnes radices in vicini fundum egerit, omnes inquam radices propria eius partis est in qua alitur, non in qua oritur & hæc vetus est lex. Theophylactus Scholasticus epist 56 αἰσὺν αὐτῶν καὶ πρὸς τὸ ἐμὸν γήσῃ οὐ καὶ ἐξ ἑξῆς καὶ λωσῶν &c. De controuersia iactati fructus vel glandis legendæ, nihil attinet in hoc loco disputare.

Alijs videtur picturam. Nempe Paulo in l. in rē. §. sed & id quod. D. de rei vind. Caio idem iudicium nō est. l. qua ratione. D. de adq. re. do. Obijcies lib. 2. Instit. Gaio idem videri quod Paulo. eodem in libro Gaius in questione speciei factæ ex aliena materia, Sabinianus est, cū tamen iā antè ex eo mediā quandam sententiā Iustinianus retulerit. Non est is liber Gaij purus, putus, nam immutata, addita, detracta, deprauata sunt multa Gotthorū arbitrio, à quibus ea qualiacunq; fragmenta

veteris prudentiæ accepimus: sunt q̄ puriora multo fragmenta Pandectarum, in quibus tamen ingentia flagitia Tribonianum admisisse constat: de tortis sæpe exempli gratia, Vlpiani verbis in sententiam Iustiniani, atque in ius id quo tum utebantur, non secus atq̄ Gotthi qui ex moribus & legibus suis in Gaio & Paulo pleraq̄ commutarunt.

Qui pinxit, eam petat. Pictor directam vindicationem non habet.

Illud enim. Malim, illud autem.

Pro cultura & cura. ergo fructus qui ex facto eius nascuntur, non qui sunt cultura & cura secuti. Plus est cura quàm cultura: nam & fructus pecorum curari dicuntur. l. fructus. § non solum. solut. matrim. Bene autem, pro cultura & cura: nam fructus, qui per se nascuntur, bonæ fidei possessoris non sunt. l. fructus. de usur. Interim quidem sunt eius. l. bonæ fidei. de acquir. re. do. id est, quamdiu res euicta non fuerit. Re euicta nisi eos vsuceperit, eorū nomine tenetur. Sic ab eo tempore fructus percepti quo possessor cognouit rem alienam esse, eius interim sunt. l. qui scit. §. vlt. de usur. at si exitum finemq̄ iudicij inspicias, eius non sunt, quem Pomponius in vtraq̄ specie potissimum inspexit. l. fructus. l. bonæ fidei. §. Pomp. verendum.

Domino proprietatis adquirantur. Debentur tamen heredi fructuarij pro rata temporis quo constitit vsusfructus. l. 5 §. vlt. si vsusfr. pet. l. 32. §. pen. de vsufr. leg.

De colono dicuntur. Qui & in alijs plerisq̄ causis fructuario comparatur. l. 12. Quod vi aut clam.

Sicut lac. Et casei igitur. Cato de fructu ouium. sequitur



quitur pili. Sic legendum, vt apud Gaium & Theoph.  
 αἱ τῆς χεῖρας, pili caprarum, lana ouium.

Naturali iure. Gaius pleno iure, vt ostēdat non esse  
 necessariam vsucapionem. l. 5. §. lana. de vsurp. & vsu-  
 cap. quæ plenum ius tribuere dicitur. l. 17. de rei vind. ac  
 sanè cui naturali iure dominium acquiritur, iuris ciuilibus  
 suppetiæ necessaria non sunt.

Omnes fructus rerum natur. τὸ δὲ κτηνιστικὸν  
 ἡμῶν αἰτίον.

Summittere debet Columella. Boni pastoris vel  
 prima cura est in demortuarum, vitiosarumquæ ou-  
 um locum totidem capita substituere. Summissi fœ-  
 tus gregem retinent. l. deducta. §. hereditatem. Ad  
 Treb.

Idemquæ statuit. Idem Hadrianus. fratres Impe-  
 ratores contrà, sic paulò post, concessit: idem scilicet Ha-  
 drianus Grat. Val. & Theodosius contra.

Vel publico, vel ciuitatis. Superest, vel ciuita-  
 tis, nam mox sequitur, & dimidium fisci vel ciuitatis.  
 Publico igitur, id est, P. R. vel ciuitatum.

Itaque stipendiaria. Hæc prædia & priuata dicū-  
 tur, & publica, quod auctore Aggeno Urbico dum priua-  
 tus laborat in proprio, & tributum aut stipendium publi-  
 co, & sibi alimoniam arua excolendo procurat. Italice  
 prædia tributaria aut stipendiaria non sunt, igitur pu-  
 blica non sunt: hæc mācipi sunt, illa nec mācipi. sed hæc  
 posterior differentia sublata est à Iustiniano: id tamen  
 notandum est, impetrato iure soli Italice, prouincialia e-  
 tiam prædia publica non esse.

Aut dotis. L. quotiens. §. vlt. de pecul. §. sed tamē.  
 inf. de vsucap. §. adeo. inf. de loc. & cond.

Veluti expromissore. De legatione. Cato in legibus emptionis. Domicum pecuniam satisfecerit, aut delegarit.

Quod quamquam cauetur. Vet. quod cauetur quidem.

Sed si is qui vendidit. L. 5. §. sed si ded. de trib. act. L. uinus. 22. vult sibi quisq; credi, & habita fides ipsam plerumq; obligat fidem.

Nihil autem interest. Sicut nihil etiam interest emptori res tradatur, an alij voluntate emptoris. l. 22. §. fugitiuus. Mand. l. 4. §. tunc. de vsucap.

Cui eius rei possessio permessa sit. Abesse haec debent: auctore Theophilo & Gaio.

Si cui libera. Hic alienare ita demum potest, si id exigat negotiorum administratio: non donandi, non deminuendi causa. denique eadem lege transigere potest. de mandato. D. de procurat. vbi pro decidendi, affirmo legendum, deminuendi: vt in l. Lucius. §. vltim. D. de administ. tut.

Quamuis enim ex ea causa. Nihil refert relinquas an transferas possessionem. l. 8. C. com. vtr. iud. l. si ego. §. pen. de iur. dot. Idem est si in possessione rei sis voluntate nuda venditoris. l. 12. C. de cont. empt. l. 2. si quis alij vel sibi. l. 2. C. de adq. posses.

Eo tamen ipso. L. quidam. de rei vind. l. absenti. de donat.

Ac si eo nomine tradita fuisset. Quia & tu eam pro tradita habes l. si fur. de vsurp. & vsucap.

Qui missilia iactant. Quae sparsiones, Seneca, auri imbres Corripo, ex auro diuites sparsiones Statio, ex croco odorati imbres Musa rethori.

Statim

Statim dominus esse definit. *Vt Sabinianis visum est, quæ verior sententia est.*

In ipso mari nactus. *Cum narent scilicet, vt Th. interpretatur.*

## De rebus corporalibus & incorporalibus.

Quæ in iure consistunt. *In iure, non in corpore: hoc est iura. l. & habet. . . D. de prec. l. Mæuius. §. fundo. de leg. 2. l. vlt. in fin. C. de præscr. long. tempo. Iura talia sunt: seruitus, hereditas, dos, peculium, possessio, obligatio: nam hæc omnia iuris nomina sunt. Hereditas igitur non est pecunia, sed successio. l. nihil. de verb. sign. id est, ius successionis. l. bonorum. 2. eod. Ait verò qualia sunt ea, quæ in iure consistunt: nec enim docet, quot sint genera rerum incorporalium, sed qualia. nummi, iura non sunt, res tamen incorporales sunt, siquidem is qui nummos debet, quantitatem debet, non corpora. l. qui heredis. D. de cond. ind. l. si is cui nummos. de solu. quæ lex citatur in l. nam etsi fur. §. vlt. de reb. cred.*

Obligationes. *Et actiones omnes in rem, vel in personam.*

Plerumque corporale est. *Corporalis effectus. l. vlt. C. de præscrip. long. temp.*

Nam ipsum ius. *Nam pro sed, vt in l. inter stip. §. sacram. de verb. oblig. l. Stichum. §. vsumfr. de solut. vt etiam Accursius refert.*

## De Seruitutibus.

E 4

Am-

Ambulandi hominis. Ius eūdi prædij vtilitatem respicit, Ius ambulandi hominis.

Non etiam iumentum agere. Iumento vehi potest, iumentum agere non potest. Iter est qua homines: actus qua pecora transeunt.

Nam iter & actum. Vtrumq; nominatim, & principaliter: Actus autem continet iter, non nominatim, sed tacitè & per consequentias. Qui actum habet, actum vindicat, non iter & actū. Qui viam habet, aut viam vindicat, aut iter simul & actum. Viæ latitudo legitima est, idq; non iuris nostri auctores solum tradidere, sed Varro lib. 6. de ling. lat. Actus latitudo non est legitima. Via est qua vehiculum & iumentum ire potest. Actus est etiam, qua vehiculum duci non potest, modò si iumentum agi potest. l. si tam. D. de seruit. ponitur & alia differentia in l. qui sella. D. de ser. rust. via autem per latitudinem diuisa, efficit duas semitas, l. nam satis. D. quemadm. ser. amit.

Aedificijs inhærent. Quibus debentur, vt vsusfr. personis quibus debetur. nam & certè non nisi ab his quibus debentur aliæ seruitutes dicuntur esse hominum, aliæ prædiorum.

Quoniam ædificia. In distinctione vrbanoꝝ & rusticorum prædiorum, inter Neratiū & cæteros Iuriscoꝝ consultos non conuenit. Neratius ea loco distinguit. l. 2. D. de seru. rust. l. eo iure. D. in quibus caus. pigno. Cæteri qualitate: & horum quidem sententia obtinuit etiam in familia. Urbana enim familia à rustica, opere separatur, non loco: & in eam rem vulgò cūm quæri & inspicere soleat. l. urbana familia. D. de verb. signific. miror quòd  
nondum

nondum quisquam eius menda deprehenderit. In primis lex ait familiā loco non distingui, sed genere operis, tum ita fieri, vt dispensator in vrbanis non sit, si rerum rusticarum rationes dispenset, ibiq; habitet. Hac videntur esse contraria: nam si id exigimus, vt is dispensator ibi habitet, id est, ruri, certè non tam ex genere, quàm etiā ex loco rusticum mancipium definimus. At legēdum est, vbique habitet, id est, vbicunque, vt in l. quod nisi fiat, in fin. D. de oper. lib. l. in lege. D. de contrah. emp. Deinde ait lex, quo quisque loco seruus fuerit ex numero familiæ, apparere & vicarijs. Ex numero, id est, ex libellis & veluti matricula familia. At quomodo ex vicarijs? legendum ciuarijs, vt in l. seruis. D. de legat. 3. Inuerso ordine literarum multa scripta sunt in P. Flor. vt domus, pro modus, iurna pro ruina: & eo in loco vicarijs, pro ciuarijs. Et hinc existunt errores multi in libris nostris.

Onera vicini sustineat. Inferior superioris. l. si cuti. si ser. vind. l. i. de ser. leg.

Vel non recipiat. Aut stillicidium meo iure nō recipio, aut iure seruitutis. Meo iure, si non vicino cessero ius stillicidij immittēdi: Iure seruitutis, si vicino iam antè cessero ius stillicidij remittendi. Eodemq; prorsus modo, aut iure meo ædes altiùs tollo, aut iure seruitutis. qua de re viderimus in §. aquè, de act.

Nisi qui habet prædium. Vicinum, aut proximè adsitum, non longè remotum. l. si ædes. & l. sequen. de seru. vrba. l. Gaius, de ann. lega. l. 5. de seru. rusti.

Stipulationibus id efficere debet. L. pen. C. de adif. priu.

E S

Per

Per fundum ire. Addidit Gaius, suum vel heredis, nam & fundum heredis testator seruitute onerare potest.

### De Vusufructu.

Est autem ius. *Vet.* est enim ius.

Salua rerum substantia. Nam earum rerum, quarum substantia utendo perit, proprie usufructus non est.

Ius in corpore. Non in re incorporali proprie.

Quibus proxima. Similis & affinis.

Utiliter caueatur. Gaius recte in l. 2. D. de usufr. ear. rer. Recte autem & utiliter. i. satisfacto.

Morte fructuarij. Aut eius cui fructuarius rogatus est restituere usumfructum. l. 4. quib. mod. usufructu amit.

Maxima & media. In l. 1. D. de usufr. leg. hac verba, magna ex causa, sunt Triboniani. Nam ante Iustinianum etiam minima capitis deminutio usumfructum extinguebat.

Per modum & tempus. Si fructuarius per constitutum tempus nullo modo utatur, vel etiam si utatur contra prescriptum modum, utroque casu non utendo usufr. amissum dicemus, arg. est l. si communem. §. 1. & l. si quis alia. D. quemad. ser. amit. non uti quando dicitur, desinit l. 38. de usufr. Sed & uti alio modo quam quo usufr. constitutus est, non uti est.

Nihil agetur. Hæc verba uti sint accipienda ostendi in fragmen. V lpi. titul. 18. quod ne nouum videatur, coniungenda erit l. per seruum. §. vltim. D. de acquir.

*quir. rer. domin. cum l. qui mihi. D. de donat.*

*Consolidatio. Consolidatio inde nomen accipit, quòd solidum id propriè sit, à quo vsusfructus deductus non est. l. à liberto. D. de bon. lib. l. Sempronius. §. penult. D. de vsusfruct. lega. Confundi dicitur, & ad crescere vsusfructus nuda proprietati, & consolidari: quæ consolidatio & his verbis, ius solidum, significatur in l. 9. in fi. de aqu. plu. arc.*

*Plenam in re habere potestatem. Plenam proprietatem. l. 15. §. vltim de castren pecul plenum ius. l. 19. de an. leg, l. 126. §. 1. de verb oblig.*

### De vsu & habitatione.

*Ad vsum quotidianum. His omnibus cum vtatur, miror cur dixerit, Nerua eum folijs non vsurum. l. plenum D. eod. forsàn legendum, oleis. P. Victorius penè simili in re apud Varronem demonstrauit pro oleis legendum esse dolijs.*

*Aut locare. L. 10. §. 1. commu. diuid.*

*Aut vendere. Aut pignorare, quia hæc licentia in fructu connumerantur: vsurarius autem non habet fructum.*

*Cùm is qui vsufr. Quæro cum vsusfruct extra-neo vendi, locari, donari, commodari, precario concedi, obligari possit, cur etiam eidem in iure cedi non possit? An quia cedere in iure, est ad sellam prætoris id ad se ius totum abiudicare: at locare aut vendere, est ius vtendi, fruendi, ita in alium transferre, vt tamen per emptorẽ aut conductorem à fructuario retineatur.*

*Potest hæc omnia facere. Non tamen legare. l. quod in rerum. §. 1. de leg. 1.*

**Pecorum**

Pecorum vel ouium. Legendum, veluti ouium: nam pecorum appellatione oues continentur. Id etiam confirmat l. plenum. §. et si pecoris. D. eod. tit. denique in Græco ita est, ζευμάτων οἶον προβάτων.

Quia ea in fructu sunt. Chrysostom. in Matth. homil. 79. πολλὰ τῶν προβάτων ἢ προσοδ' ὄσ. ἀπὸ τε ἔριδ, ἀπὸτε γάλακτος, ἀπὸτε τῶν τικτομένων.

Sed si cui habitatio. *Habitatio non domum significat, sed ius habitandi. Ideo ὁ, si gratuito tibi concessero habitationem, et si utrimque dixerit Viuianus, esse commodati actionem l. i. §. i. D. commod tutius tamen est agere præscrip. verbis. l. si gratuitam. D. de præscrip. verb. quandoquidem habitatio nomen iuris est: quod etsi verissimum sit, in factō tamen potius quàm in iure consistit, id est, non tam videtur esse ius, quàm factum, & quasi domus ipsa. l. legatum. D. de cap. min. atque ideò multum distat ab his, quæ omninò in iure consistunt, id est, vsu, usufructu. Vsus, usufruct. si gratuito concessus sit, Viuianus commodati actionem non daret. Vsus, usufruct. non vtendo & capitis diminutione amittitur, habitatio non item. Vsus, usufr. ex persona æstimantur, habitatio non tam ex persona, quàm etiam ex re ipsa quæ habetur. At certè morte finitur habitatio exemplo vsus & usufr. & ob id etiam ante aditam hereditatem non cedit.*

Sed etiam alijs locare. Donare non permisit.

De vsucapionibus, & longi temporis præscript. onibus.

Rectius



*Rectius in libris vet. de vsucap. & long. tempo. possessionibus: quod etiam Græcus interpret agnovit. Præscriptio plurimum exceptio est. Nouissimi iuris interpretes, possessionem siue acquisitionem longi temporis, vulgò præscriptionem appellant: quod nō caret exemplis. Nam sic loquitur l. ei à quo. D. de vsurp. & vsucap. sic l. qui alienā. D. de euct. sic §. ex his, infr. per quas pers. sic denique l. quinque. C. fin. reg.*

*Cūm crederet. Vet. crediderit, & paulò post, vsucapiebat. Ergò, vt qui bona fide, id est, quemadmodum is qui bona fide.*

*Ex donatione. Inter viuos, vel causa mortis. l. sed & si constante, de don. inter vir & vxor.*

*Iusta causa. Iusto titulo Nam titulus est possessionis causa.*

*Inter præsentis decennio. L. vltim. C. si quis ig. rem min. l. pen. C. quib. non obijc. long tempor. l. 9. C. de præscr. long. temp.*

*Vllo tempore. Est vsus anni aut biennij. Est longum tempus, est longissimum. Liberi homines res sacræ, res religiosæ nullo tempore acquiruntur: serui fugitiui longissimè tempore acquiruntur.*

*Furtiuæ quoque res. Vel amotæ. l. pen. rer. amot. aut vi raptæ. nam & eæ furtiuæ sunt.*

*Vsucapi possunt. Nisi quinquennio res furtiuæ, quas fiscus vèdidit bonæ fidei emptori ex edicto D. Marci, non anno aut triennio. §. vlti. quod quidem edictum fuit de mobilibus rebus, quæ solæ possunt esse furtiuæ: atque etiam de immobilibus vi possessis. Sed hodie in mobilibus tantum locus ei relictus est.*

*Lex Atilia. In P. Flor. legitur, Atinia: l. potestatis,*

is, de verb. sign. l. 4. §. quod autem, de usurp. & usucap. & apud Aul. Gellium lib. 17. qui & libr. 14 c. vlt id A. tinio plebiscito cautum refert, vt Trib. plebis Senatores essent. Cicero quoque orat. 3. in Verr. Cedo mihi leges Atinias, Furias, Fusias.

Lex Iulia & Plautia. Vet. libri, lex Plautia & Iulia: sic & in P. Flor. in l. non solum. §. si dominus. D. de usurp. & usucap. quod perspicue rectum est. Nam prior fuit lex Plautia de vi, lege Iulia. Vt autem lex Iulia de pec. repetundis, usucapionem inhibuit l. penult. D. de leg. Iul. repet. ita lex Iulia de vi. Hoc plus veter. libri habent, vi possessorum rerum vsu lex Plautia & Iulia. Credo pro vsu, legendum, usucapionem.

Non dubium est. Ipse autem heres usucapere non potest, quia nec defunctus potuit.

Furtum non committit. Ipse autem fructuarius usucapere non potest, quia in iure errat.

Expeditius ita procedit. Legendum, Expeditius procedit, vt quis. Expeditius sine vi nanciscitur quis rei immobilis possessionem, quam rei mobilis sine furto

Quamuis ipse. Legendum, qui quamuis ipse.

Longa possessione. Imò & usucapione. l. an vitium, de diuers. temp. prescrip.

Fundi loci e. Quamobrem de re immobili neque furti, neque vi bonorum raptorum, neque expilatae hereditatis, actio est. Fundus est integrum aliquid, locus est portio fundi: fundus sinibus regitur, non locus: fundus ad praedia rustica, locus etiam ad urbana pertinet: inde

in §.

in §. constituitur, supr. de vsufr. in fundo & adibus. Ad hac, locus est sine villa, fundus cum villa: inde inter censorias notas illa recensetur à Plinio minus arrare quàm verrere, id est, minus habere fundi, quàm villæ.

Et eorum vtilitati. Non est, vtilitati, in lib. vete. benè autem, principalibus constitutionibus. Nam vsucapio est ex 12. tab. Præscriptio longi temporis est ex constitutionibus. Constit. Iustiniანი actio etiam prouinciæ libus datur & dominium, hic igitur est sensus & ordo, principalibus constitutionibus eorum qui res soli possederint rationem haberi, ne cui, &c.

Vitio rei purgato. Amoto vitio. §. hi qui in parentum, infr. libr. 4. c. 1. Non amouetur verò, nec rei à non domino vi possessa vitium, nisi in potestatem dominis venerit, vel hæredis eius. l. vlt. vi bon. rap.

Vsucapere posse. Vsucapere ex sententia Iustiniანი est diutina siue longa possessione capere. l. quamuis. D. eod. tit. Opus autem hac in re fuit rescriptis, quoniam ipso iure bona vacantia ad fiscum pertinent, non tamen in patrimonio fisci esse videntur, antequàm nunciata & confiscata sint.

Vsucapionem non parit. Si ex ea quoque causa res tradita non fuerit, & ex emptionis causa etiam si tradita fuerit, nisi iusta fuerit causa existimandi emptionem reuerà præcessisse.

Quod nostra constitutio. Hic versus vt puto reponendus est post §. inter. nam in sua constitutione Iustin hæredis aut testatoris nullam mentionem facit: denique hoc ius semper fuit, vt vsucapio in hæredem continuaretur, propterea quòd hæredis & defuncti eadem persona est: sed hac nos in Pandectarum libris fusiùs

*sius exposuimus.*

In vsucapionibus. Rerum scilicet mobilium. Ait enim in constitutione, vel triennium, quod in rebus mobilibus obseruandum esse censuimus.

Coniungi tempora. Longa tempora. puta decennij aut vicennij: si vterque bonaf. possessor fuerit.

Edicto D. Marci. Addidit Harmenopulus, & Commodi. lib. 3. Epit.

Rem alienam emit. Idem si communem. l. 2. C. de com. rer. al.

Quinquennium præterierit. Inter quinquennium re euicta, emptor pretium à fisco consequi potuit, vel intra triennium agnito seruo fugituo distracto per officium præf. vig. vt Paulus scribit 1. Sentent de fugit. Hoc autem edictum rectè Th. fuisse necessarium in re furtiua, quæ anno, vel hodie triennio vsucapi non potest, in re mobili igitur, & consequenter etiam in re immobili antè Iustinianum, vi possessa. Post Iustinianum in re mobili tantum locus est edicto D. Marci, alioquin citius vsucaperetur res vi possessa, quàm res sine vitio possessa, nempe hæc decennio vel vicennio, illa quinquennio.

Præfatæ Zenonianæ. Legendum vt in lib. vet. præfata Zenoniana constitutione.

### De donationibus.

Genus acquisitionis. Ciuilis ex Constitutione Iustiniani, vel si per mancipationem fiat: nam si per traditionem, iuris gentium est.

Superuixisset. Superuiuere, nunc saluum euadere: aliàs superuiuere est superstitem alicui viuere.

Dona-

Donationis pœnituisse. Donatio causa mortis pœnitentia reuocatur, sicut donatio ob causam, & donatio precaria.

Ad exemplum. Hac eadem verba Tribonianus Paulo adscripsisse videtur in l. Marcellus. D. de donat. cau. mort.

Vtriusque causæ. Vtriusque tituli donationis & legati.

Donat Piræo. Sequitur, τῶν γε αἰδῶν γὰρ, nec sanè video cur à quibusdam hi versus prætermissi sint.

Inter viuos. Eæ sunt quæ directæ dicuntur in l. donatio. C. eod. tit.

Non omninò. Vet. lib. omninò non: quod valèdè probò. Th. μηδ' ἀμῶν, idem est non omninò, & omninò non.

Necessitatem traditionis. Et addidit, omnimodò. necessitatè igitur imposuit simplicem & absolutam.

Traditionis necessitas. Non euictionis, nisi ex stipulatione.

Principum dispositiones. Vt Theodosij. l. vltim. C. Th. de spons.

Ad quingentos solidos. Primum ad 300. deinde ad 500.

Sed & quasdam donationes. De quibus l. 34. §. exceptis. & l. penult. C. eod. l. vltim. C. de iure dotium.

Alia insuper multa. Veluti de ratione implendæ donationis, & tollendæ communionis inter donatorem, & donatarium, cùm donatio rei corporalis non insinuata, partim probatur, partim improbat, & de quæ-

stionibus, quæ in quibusdam causis incidunt, sit donatio vna, an plures.

præstitimus. Vet. præstauimus.

In se conditionem habebat. Sicut stipulatio & acceptilatio dotis causa facta. l. 21. 41. 43. de iur. dot. l. 4. §. 1. de pact.

Et ante nuptias augeri. Legendum, & ante nuptias augeri donationem, constante matrimonio: quæ verò ita donantur, ἄντιφύερα nostri auctores vocant, quo vocabulo, quid sit donatio propter nuptias, satis apertè significatur.

Vindicta vel testamento. Rectè vindicta vel testamento, nimirum enim si inter amicos per epistolam vel conuiuium manumittat, plerisque placet nihil eum egisse: auctor Vlp. in tit. de libert. & Paulus lib. 4. Sentent. de manumiss.

Antiquos leges. L. duobus, de lib caus. l. pœnales, in fin. ad leg. Falcid. l. generaliter. § si quis seruo, de fid. lib. l. 3. de alien. iud. mut. §. ante heredis, infr. c. 20. & lib. seq.

Secundum partem dominij. Pro portione, pro rata dominij.

## Quibus alienare licet vel non.

Alienare non possit. Seneca lib. 7. de beneficijs, Non est argumentum ideò aliquid tuum esse, quia vendere id non potes.

Dotale prædium. Inestimatum. nam æstimatum quod fuit ab initio, etiamsi postea conuenerit vt id  
ipsum

*ipsum restituatur, etiam hodie alienari potest volente vxore. l. vlt. de pact. dot. l. estimatis. solut. mat. & potuit olim in prouincijs.*

*Maritus inuita muliere. Vxor autem nec consentiente marito. l. 21. C. de donat.*

*Per legem Iuliam. Hanc legē Augustus tulit, nam ea ipsa est, quæ de pudicitia, aut de adulterijs coercendis, vti constat ex Paulo lib. 5. Sent. de dotib. & ex inscriptionibus multarum legum sub tit. de fun. dot.*

*Prohibetur alienare. Ergo & legare. l. dotalem, de mil. testam.*

*Dotis causa ei datum. Ratio legis hæc est, quia licet in bonis mariti dos sit constante matrimonio, mulieris tamen est, Boëthius in Topic. Cicer. Dos, inquit, licet matrimonio constante in bonis viri sit, est tamen in vxoris iure, & post diuortium velut res vxoria peti potest: quod sumpsisse is videtur ex l. quamuis, de iur. dot. & L. Lucius. §. idem respondi. ad municip. Non est dominus simpliciter, sed dominus dotis causa, sicut fundo aestimato non emptor simpliciter, sed dotis causa. l. quotiens, de iure dot.*

*In soli tantummodò rebus. Et inde Græci ad l. si ex lapidicinis, de iure dot. differentiam faciunt inter res soli & res immobiles, superficiem esse rem immobilem non ἐδ' ἀκίνητον, idq; etiam hodie vendi posse volente vxore, quia & superficiarius dominus non fit, & potuisse olim in prouincijs.*

*Quæ Italicæ fuerant. Res soli prouinciales, ne volente quidem vxore alienari poterant.*

*In perniciem substantiæ earum conuertetur. Mulieri soluto matr. daiur vindicatio rei alienate,*

*rescissoria vindicationis. l. cum pater. §. qui dotale, de legat. 2.*

*Alienare potest. Creditor ipse dominium transfert. l. 10. §. vlt. quib. mod. hypoth. sol. l. non est, de adq. rer. dom.*

*Voluntate debitoris. Potest autem quilibet voluntate domini rem alienam alienare, d. l. 10. §. vltim.*

*Qui ab initio. Idemq<sup>3</sup> est si ex interuallo. l. 4. D. de pig. act. Pactum quod fit ab initio contractus, format contractum, non quod ex interuallo. & minor igitur vis huius, quam illius.*

*Vllam rem. Ne possessionem quidem naturalem. l. 11. de adq. rer. dom.*

*Mutuam pecuniam. Mutuum species est alienationis, aut si ex eo non sequatur alienatio, certè non est mutuum.*

*Minor dederit. Minor pro pupillo.*

*Condici possunt. Condictio crediti, vel condictio indebiti, alia est ex numeratione, alia ex consumptione. Ex numeratione, si utilis sit numeratio: ex consumptione, si inutilis sit numeratio, & si bona fidei sit consumptio. Condictio de benè de pensis, quasi ex mutuo.*

*Ad exhibendum. Immo & in rem, quia mala fides pro possessione est: sed in rem utilis est, ad exhibendum directa: commodius ergò agitur ad exhibendum, quam in rem.*

*Rectè dari possunt. Dari propriè pro alienari.*

*Tutoris auctoritas. Ut rata sit alienatio obligationis. illatio est non ex proxima, sed ex superiore sententia.*

Ad



Ad Cæsarienses aduocatos. Qui erant in Cæsarea metropoli Cappadocia, & ad eos, id est, ad interrogata eorum, nec tamen missa ad eos, sed ad Ioannem præfectum prætorio Orientis & Illyrici, ad quem etiam mittuntur leges, quibus Imp. respondit Palestinis & Illyricianis aduocatis.

Licere tutori vel curatori. Accipienti pupilli vice, cui præsentis debitor pecuniam offert, & soluere in animo habet, atque adeò cui soluit tutore auctore potius quàm tutori.

Plenissima securitas. Ut nec aduersus solutionem ita factam possit implorari restitutio in integrum.

Per exceptionem doli mali. Dolus est locupletari velle ex aliena iactura, l. illud, de petit. hæredit.

Aut vi. Hæc non sunt in vet. lib.

Sine tutoris auctoritate. Quæ hoc loco Th. addidit verissima esse constat ex l. non omnis. §. si pupillus, de reb. cred. l. 14. §. vlt. de solut.

## Per quas personas nobis adquiritur.

Omne quod adquiritur, aut dominium est, aut possessio, aut obligatio. De acquirendo dominio aut possessione in hoc titulo agitur. De acquirenda obligatione in tit. Per quas pers. nob. obl. adq.

Adquiritur vobis. Vet. adquiritur nobis non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus, & ita in cæteris quo-

que secunda in primam personam immutatur, quod melius est.

Olim quidem quidquid. Iure antiquo patri filius omnia acquirit, etiam castrensia, aut quasi castrensia: sed ex constitutionibus privilegium hoc militiae datum est, ut in castrensi peculio filius fam. vicem patris fam. obtinet: quo tamen non omnino ius antiquum abrogatur, cessat verius, & in suspensio est, quando filius suo privilegio utitur: proinde filio intestato mortuo, id non adquiri patri, sed non adimi & iure peculij, non iure hereditario à patre occupari dicimus. l. proponeb. l. hereditate, de cast. pec. l. 1. §. si is qui bona, de coll. bo. l. ult. ad S. C. Tertyl. filio etiam deportato, id patri non auferri. l. 3. C. de bon. profc. Denique potest etiam pater quasi dominus castrensi prædio servitutem adquirere, non tamen imponere, ne contra privilegium faciat. l. ex castrensi. §. 1. D. de cast. pec. & per omnia ferè in castrensi peculio similis est pater domino, cui suis bonis ob dissolutionem morum interdictum est. Sic enim & patri, id est, domino castrensi peculio interdicitur ob privilegium militiae. Iure antiquo peculium paganum sine vlla distinctione in bonis est patris: sed Constit. Constantini primum excepta sunt bona materna. Gratiani, Valent. & Th. Arcadij, item & Hon. bona materni generis. Theodosij & Valent. bona quæ ex matrimonio obveniunt. Leonis & Anth. quæ ex sponsalibus. Iustiniani omnia adventitia bona: horum namque bonorum proprietates liberis conseruatur.

Quocunque modo voluerant. Non est, voluerant in lib. scriptis.

A patribus debitum reseruauimus. ὁ ἐποφαιλό-

φαιλόμυρον. *ne addas honorem. nam & equalis honor debetur matri ac patri, non tamen quod filius acquirit, equè debetur matri.*

Totum parenti. Totum, id est, solidum & plenū, non deducta proprietate. pleno iure, nō per solum vsumfructum.

Profectum est. Peculium profectitium.

Adquisiuit. Peculium aduentitium.

Emancipando liberos suos. Vet. liberum suum. vt in §. 1. infr. de ser. cog.

Pro pretio quodammodò. Benè quasi quodammodò: nam pretio estimari emancipatio non potest. Constantinus huius iuris auctor ait, muneris gratia. l. 1. & 2. C. Th. de bon. mat. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. quæ libe. adquir. Muneris ergò gratia triens dominij datur auctore Constantino, vel, vt Iustiniano placet, semis vsusfructus. quòd si nulla sint aduentitia bona, ex quibus patri triens aut semis conseruari possit, an ex bonis postea quesitis patri aliquid concedatur, questionis est? de qua nihil quod sciam, ab Iustiniano in suis libris definitū est: pertinet ad eam tamen l. 5. C. Th. de bon. mat.

Et quod honoris. Beneficium dicitur. l. 1. si à par. quis man. sit. l. 7. vt leg. no. cau.

Pro tertia dimidia. Pro tertia dominij, dimidia vsusfructus.

Siue quid stipulentur. Vel per scripturam mensa, vt in Reg. Vlpiani.

Siue ex donatione, vel ex legato. Sic in l. si tibi homo. §. cum seruus. D. de legat. 1. sed tamen hæc verba nec Th. nec l. acquiritur. D. de adqu. rer. dom. nec

*libri veteres agnoscunt.*

Per eos vsucapio. *Rectius vet. lib.* per eorum vsucapionem, vel longi temporis possessionē nobis adquiritur.

Ex operis. *Quid. cod.* Ex operibus, ut in § item placet. ad fin.

Bona fide possidetur. *Quasi seruus, non quasi filius. l. iuste. de usurp. & vsucap.*

Siue alienus seruus. *Siue dotalis. l. 1. §. cumq̄. C. de rei vxor. act.*

Quia non possidet. Est civilis possessio, est naturalis, est corporalis. Civilis, naturalis, iusta est: corporalis iniusta. Hanc pupillus sine tutore amittit, non civilem, non naturalem: fructuarius autem non civiliter, quia non ut sibi habeat, sed naturaliter possidet. Nō possidet civiliter, quia non iure & animo domini, & sine possessione civili vsucapio non procedit. At ius utendi fruendi quasi possidet, quo fretus & rem ipsam naturaliter possidere videtur.

Distinctionem. *Vet diffinitionem.*

Possessionem iustam. Hoc in loco possessio iusta, id est, bona fidei. *l. quod seruus D. de adquiren. posses. sic seruitus iusta, id est, bona fidei. & l. generaliter. D. de noxal. act.*

Nihil adquiri posse. Ergo nec actionem, nec exceptionem *l. 27 §. 1. de pact.* neque dominium, nisi per consequentiam possessionis tradita à domino.

Veluti per procuratorem. *Vel tutorem, aut curatorem.*

Adquiri possessionem. *Et liberationem. l. 40. de solut.* Possessionem civilem, quo pacto fit, ut animo nos  
& cor-

& corpore alieno possideamus, atq; ita dominium etiam vt ignorantes adquiramus, sed & possessionem naturalem per procuratorem adquirimus, vt puta pignoris Obligationem non adquirimus: praterquam crediti conditionem. l. certi. §. si nummos. D. de reb. credit. & ex ea causa pignoris obligationem, auctore Iustiniano. l. 2. C. per quas person. quemadmod. Trib. in l. solutum. §. per liberam. de pigno. act. hac adiecit, Plerunque, Non semper.

Diui Seueri Constitutionem. L. 1. C. de acqu. poss.

Per hanc possessionem. L. traditio. §. vlt. de adq. rer. dom. l. 8. C. de adq. poss.

Vel vsucapionem. Scientibus procuratorem accepisse nostro nomine, & vsucapionem, id est, vsucapionis occasionem, vel conditionem. Non vt dominium aut possessio ignorantibus adquiritur, ita vsucapit etiam ignorans: nam hoc tantum in rebus peculiaribus receptum est. l. 2. D. pro soluto.

Relinquuntur. Non dixit adquiruntur, quoniam ex causa fideicom. dominium non adquirimus. l. 3. Si vsufruc. pet. Porro adquiritur etiam singularum rerum dominium hereditatis iure. l. 37. de adq. hered. sed, vt subicit, titulo vniuersitatis, non titulo singulari.

## De testamentis ordinandis.

De supremis ordinandis in testamentis. Val. Max. de rebus suis ordinandis.

Testatio mentis. Contestatio vltimi iudicij. infra.

In praelium exituri. Vocatis viris aliquot, vt Cic.

F S ait.

ait. 2. de diuin. presentibus commilitionibus, Festus.

Quod procinctum. Id veteres endo procinctu appellabant. Putem & in hoc loco legendum, quod in procinctu: vt apud Vlpian. in frag. & M. Tullium in 2. de nat. Deo. Vt classis procincta in lege Numa apud Festum, & in glossis Philoxeni, Procinctum ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλέσονται, vt procitum testamentum.

Libripende. Quintilianus. Non dixerim testamentum, cui libripens & emptor familie, & cetera iuri necessaria desunt.

Adhibitis. Conuocatis & presentibus.

A nostra Constitutione. L. iubemus. C. de testat. que abrogatur. No. 119.

Sed neque mulier. Quamuis sit cum eis testamenti factio. Iustum testamentum non est, nisi fiat septem testibus, ciuibus Romanis, puberibus, presentibus. His verbis mares significantur: igitur certum est, feminas excludi: itemq; seruos & impuberes excludi manifestum est. Furiosi autem, & muti, & surdi, & prodigi absentium loco habentur: furiosi hoc amplius, & intestabiles, & serui, & impuberes in alijs etiam causis vix testes adhibentur. Possunt hac eadem in diuortio dici. l. nullum. D. de diuort. & in omnibus legitimis actionibus.

Cui bonis interdictum. Quamuis & cum his sit testamenti factio.

Intestabilesque. Constitutio hereticos iubet intestabiles esse. l. 44. C. Th. de his qui sup. relig. contr. S. C. siue lex Iulia damnatos ob carmen famosum. l. is cui. §. vltim. de test. l. lex Cornelia. §. si quis librum. de iniur. Sunt & quidam ex 12. tabul. intestabiles, in quibus, vt

*audtor est Gellius lib. 15. cap. 13. ita scriptum est. Quæ si erit testarier, libripensve fuerit, in testimonium feriatur, improbus intestabilisque esto. quæ verba, præter quàm quod integram legis sententiam non conficiunt, etiam deprauata atque adeò obscura sunt. Rectius in bibliotheca Ioannis Biturigum Ducis: Qui se fuerit testarier libripensve fuerit, in testimonium feriatur improbus quibus intestabilisque esto: modò si pro feriatur, ferietur, pro quibus, quo iuis, aut ciuis restituatur. Qui se fuerit testarier, id est, qui se sciuerit μαρτυρητῆρα siue in testem cieri: eodemq; modo Luius, Impubes libripens esse non potest neq; antestari, vt Priscianus refert lib. 8. In testimonium feriatur, id est, ἀναγκάστου siue pulseatur. Integra legis sententia hæc fuit. Eum qui se passus fuerit in testem rogari, aut qui libripens fuerit, si nolit fidem testamenti approbare: cogendum: ac deinceps pro improbo intestabiliq; habendum esse: quæ vt credibile est ex ea lege ab Theoph. relata est hoc in loco, & à Constantino in lib. 1. Epitom. tit. 6.*

*Vt sic haberetur. Vet. vt sic habeatur ac si vt oportet.*

*Quæstionem mouisset. Et similiter satis est heredem institutum pro Ciue Romano omnium consensu haberi. l. milites. C. de mil. test.*

*Vtique. Lege, vtrique.*

*Post missionem. Quia post missionem iure communi testamentum facit. ergo antè missionem cum iure militari testatur, & hi quoque testes adhiberi possunt.*

*Repro-*

Reprobaturum est. Tam ciuili quam pratorio iure  
l. 2. C. de testib.

Quia hoc totum. Expende, totum: vt hac ratio-  
ne testimonium recipiatur Legatarij, Fideicommissarij,  
Tutoris.

Hodie. Sublata videlicet familiae mancipatione.  
Olim ergo inter testatorem & familiae pecuniaque em-  
ptorem, non vt hodie inter testatorem & heredem. Hac  
in parte redacto in concordiam iure ciuili & pratorio,  
nec iam amplius isto negotio peracto inter testatorem &  
familiae emptorem.

Veteres quidam. Veteres iuris ciuilis conditores  
sed neq; ius pratorium heredi concessit in testamento ius  
perhibendi testimonij.

Hæredi. Seorsim in tabulis scripto. Cicero pro Milo-  
ne. Vnà fui, testamentum simul obsignaui cum Clodio: te-  
stamentum autem palàm fecerat, & illum heredem, &  
me scripserat.

Quod ab illis suafum est. Sic suasio, l. 2. C. Th.  
de sec. nup. ex No. Tb. de pat. seu mat. bo. in legem con-  
uersa est. Est in ea Nou. pro auaris, legendum, à vi-  
ris.

Licentiam concedimus. Serua quod ait, Con-  
cedimus, vt §. vltim. c. 6. lib. 1. nec enim alibi hac tibi Cō-  
stitutio quærenda est, nec existimandum eam fuisse in-  
sertam editioni priori Codicis. nec enim eodem iure ma-  
nente fuit cur non infereretur etiam posteriori. Et verò  
quod subiicit demonstrat, solam omissionem veterum Cō-  
stitutionum nouum hoc ius effecisse, ac multa similiter  
Iustinianum tacitè abrogasse iam pridem memini me do-  
cere, veluti cognitores, & duplos fructus, adde & S. C.  
Pega-



*Pegasianum cuius & mentionem priori aut posteriori Codici Digestisue inseri noluit.*

*Quia non iuris successores. Iuris vniuersi, sed rei aut iuris singularis, atque adeo negotium istud vltimi temporis principaliter inter eos & testatorem non agitur. imo nec vllum negotium cum testatore legatarius gessisse propriè dici potest. §. heres. infr. de oblig. qua ex conf.*

*Specialiter concessimus. Hac est forte Constitutio Græca quæ desideratur in extremo titu. de testam.*

*Pluribus codicibus. L. Sempronius. De leg. 2.*

*Sufficiunt. Abest à lib. vet.*

*Iure ciuili. Prætor non nouit testamenta non scripta. Datur tamen utilis bonor. possessio contra nuncupationem, vel secundum nuncupationem. l. 2. C. de bonor. posses. sec. tab. l. 1. C. de bon. poss. cont. tab. lib. l. vlt. C. de condic.*

*Firmumque constitutum. L. 2. C. de bono. poss. sec. tab.*

## De militari testamento.

*Diligens obseruatio. Solemnitas iuris.*

*Propter nimiam imperitiam eorum. Corn. Tac. in Agricola. Credunt pleriq; militaribus ingenijs subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio secura & obtusior, ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat. vid. l. 40. de administ. tut. Imperitia est ignorantia iuris.*

*Ritè. Legendum, reætè. Nam qui iure militari testantur, ritè non testantur.*

Ex-

Expeditionibus. Olim in procinctu tantum, hodie etiam in expeditione, in castris.

Aedibus. Legendum, sedibus: ut in l. vlt. C. de restit. mil. & l. vlt. C. quib. non obst. lon. temp. prescr. & apud Vegetium lib. 3. cap. 4. & c. vlt. eas sedes Th. sedeta vocat, cum tamen Sudas scribat sedeta esse fossata. Nihil refert sedibus legas, an aedibus, si modo sedes accipias pro aedibus, non pro statiuis, ut docet Consultatio 49. sic in Oratione pro domo sua. In captiuis sedibus quidam, quidam alij in captiuis aedibus.

Statilio Seuero. Sunt qui & eodem modo legant in l. & Atilicinus. D. de ser. rust.

Bona mea tibi relinquo. Quibus etiam verbis à paganis seris facta Institutio, improbat a fuit.

Intra annum tantum. Missiones aut militiæ in fraudem. §. pen. l. militis. §. vlt. de mil. test. ut nec in eo Falcidia locum habeat.

Quasi militis. Condicio retrahitur.

Tam anteriores leges. Cum ait, leges. Pandectas intelligit. l. 1. §. nec castrense. de col. bon. l. 3. §. dari. de bo. poss. l. 1. §. in filij. ad Trebell. l. filius fa. ad fin. de donat. Cum constitutiones, Codicem. Nam si exemplo castrensiū comparata sunt quasi castrēsia, & illa sunt ex constitutionibus, hæc etiam ut sint ex constitutionibus necesse est: quæ igitur legibus continentur de quasi castrēsi peculio, ex constitutionibus sunt.

Quibusdam permissum erat. Speciali privilegio, ut puta Proconsulibus, ut est in constitutione Iustiniani, & Prefectis legionum, & Presidibus prouinciarū. At ipse demiror, quamobrem Iustinia. tribuat Prefectis legionum quasi castrense peculium: hi namq; milites sunt.

*sunt. l. 2. D. de his qui not. infra. forsitan legendum, Pro-*  
*consulibus & Proconsulum legatis, ut in l. abes-*  
*se. D. ex quib. caus. ma. Miror etiam, cur specialiter præ-*  
*fecto annonæ castrensæ peculium tribuatur in titu. Cod.*  
*de castr. pec. mil. & præf. anno. sed iam diu animaduer-*  
*tilegendum esse, & præfectianorum, ducta conie-*  
*ctura ex lib. vet. in quibus legitur, præfecti anno-*  
*rum, de quorum peculio quasi castrensi agitur in l. vlti.*  
*eiusd. titu. Sunt autem præfectiani apparitores præfecti*  
*pretorio. l. 2. & 3. C. de apparit. præf. præf. l. 8. C. de offic.*  
*rect. prouin. Ammia. Marcellinus lib. 17. Ut nec præfe-*  
*ctianus, nec præsidialis apparitor ad soluendum quen-*  
*quam vrgeret. Mibi etiam Ant. Loyselus adolescens &*  
*humanissimus, & supra etatem eruditus librum Codicis*  
*manuscriptum dono dedit, in quo claris literis scriptum*  
*est, De castrensi peculio militum & præfectia-*  
*norum.*

*In his tantummodo peculijs. Non etiam in ad-*  
*uentitijs, quamuis eorum domini sint. l. pen. C. qui test.*  
*fac. poss.*

### Quibus non est permissum facere testamentum.

*Iure testari possint. Quia lex 12. quæ testamenta*  
*confirmat de patrefamilias loquitur, paterfam. vti le-*  
*gasset, &c.*

*Ex auctoritate D. Augusti. An quia auctor fuit*  
*senatui ita censendi? ut in antiqua inscriptione. ex S. C.*  
*& ex auctoritate Cesaris D. D.*

*Dimissis militia. Sacramento solutis honesta mis-*  
*sione.*

Veteo

Veteranis concessum est. Sed iure communi, nō iure militari.

Iure communi pertinēbit. Quasi peculium paganum atq; ita filiusfam. in castrensi peculio non omnino sustinet ius patrisfam. l. vlt. Ad Terryt.

Inquietare. Veluti, possidere, aut inter se diuidere. §. 1. inf. c. 19.

Quid in castris. Vet. id quod in castris.

In bonis dominorum numerantur. Et inde peculium serui nostri, peculium nostrum. l. 16. §. vlti. de usu & habit.

Licet suæ potestatis. Non satis est habere testamenti factionem mortis tempore, nisi eam tempore testamenti etiam habeamus. At satis est habere testamenti factionem faciendi testamenti tempore, etiam si mortis tempore non fuerit nobis testamenti factio: vt si sanus & frugi testamentum fecero furiosus aut prodigus decessero. & hoc non in iure tantum ciuili, sed etiam in iure prætorio seruatur. Illud tamen etiam vtroque iure receptum est, vt irritum fiat testamentum capitis deminutione: ideoq; necesse est, lege Cornelia excepta, vt testamenti & mortis tempore testator ciuis Romanus, & sui iuris existat: hæc rata quoniam sunt & firma, non afferro capita legum: iuuatq; interdum ita scribere, vt non tam lectoribus, quam etiam mihi quod placeat inquirā: ac vereor, saepe, vt olim theatra malè musicos canere docuerunt, ne etiam nos, si lectoribus quibusq; indulgeamus, hæc nostra qualiscumq; scribendi ratio concidat in deterius. Non satis est habere testamenti factionem mortis tempore, nisi & eam habuerit testamenti faciendi tempore. qua definitio tam in testatore quam in herede vera est.

est. Contra testatori satis est habere testamenti factionē testamenti tempore, etiam si eam non habuerit mortis tēpore citra capitis deminutionem.

Animi iudicium est. Et hac & sequens ratio ducitur à nomine: hac, quia testamentum vltimum iudiciū est. l. mater. de inoffic. test. sequens, quia testamētum est testatio mentis.

Vllum aliud negocium. Veluti sponsalia aut nuptias.

Testamentum facere non potest. Testamenti factio par est administrationis bonorum.

Sæpè enim. Vet. cod. sæpè autem.

Varijs causis. Sic vet. & Th. aliàs casibus.

Nisi per obseruationem. Idem de cæco dici potest, quod de surdo & muto suprà, sæpe etiam literatos & eruditos homines lumina amittere. Ideoq; his æquum non esse interdici testamenti factionē.

## De exheredatione liberorum.

Rectius, De institutione & exheredatione liberorum: id quod etiam Th. indicat in initio tit. proximi.

Nominatim faciat. L. pen. §. videamus. de bonor. posses. contr. tab. l. si quis legatum. §. si institutus. Ad l. Corn. de fals. & hinc Cicero 1. de Oratore. Quem pater testamento neque heredem, neque exheredem scripsit nominatim.

Vt si viuo. Vet. vt etsi viuo. quoniam id multo magis obseruandum est si post mortem patris deceaserit. Idem verò etiam in vno gradu obseruandum est, vt

G

si à

si à Primo instituto exheredatus sum, à Secundo substituto prateritus, & viuo ac deliberante Primo decessero, tum deinde Primus hereditatem omiserit: nam substitutio nulla est: & hac in re par est causa liberorum & posthumerum. l. si posthumus. D. de lib. & post. l. 3. §. vlt. & l. prox. D. de iniust. test. quod etiam proponitur in l. si à primo. De lib. & post. ceterum in ea, non, viuo patre. sed, viuo Primo legendum est: quæ castigatio summè notanda est. Dispar verò est causa liberorum & posthumerorum in specie huius §. videlicet cum de toto testamento queritur: nam si posthumus viuo patre natus decesserit, ex constitutionibus scripto heredi bon. possessio datur cum re. l. posthumus. de iniust. test. si post mortem patris, testamentum nullo iure valet. l. 2. & 3. C. de post. her. inst.

Nemo hæres. Sed neque bono. possessor cum re. at quia secun. tab. dari potest qualis qualis huic rei prateritus occurrere potest petita bonor. possessione contra tab.

Antiquitati. Mediæ iurisprudentiæ non 12. tab. §. Sed hæc. inf. l. vlt. C. de lib. prater.

Ius autem ad crescendi. Vide No. Leonis & Maiorani de Sanctim. & l. 3. C. de inoffi. test.

Sed feminini quidè sexus personæ. Non personæ. sed posthumæ legendum.

Posthumerorum. Posthumi alij sunt omnino sui, alij Aquiliani, alij Velleani, alij Iuliani. Hi non sunt posthumi. sed posthumerorum loco, quia per successionem quodammodo renasci videntur.

Lege Iulia Vellea. Ius antiquum ad id quæ pertinet Gallia cautio, est de veris posthumis. Ius nouum, id est,

est, primum caput legis. Vellea non est omnino de veris posthumis. nam veri posthumi sunt qui patre iam humanato nascuntur: qui fuit antiquus sepeliendi mos, nunc à Christianis reuocatus. Arnob. libr. 8. Nec ut creditis vllum damnum sepultura timeamus, sed veterem & meliorem consuetudinem humanandi retinemus. Velleiani autem postumi, viuo parente post testamentum nascuntur. Secundum caput est de quasi postumis, quod in hoc §. proponitur.

In qua simul. Non id scilicet tantummodo lege Vellea demonstratur quod dixit ante de nepotibus neptibusue instituendis vel exheredandis viuo filio, sed & hoc simul ut ijdem exheredentur ad similitudinem postumorum, cum & loco postumorum habeantur viuo auo filio premortuo, puta nepotes nominatim, neptes inter ceteros cum adiectione legati.

¶ Feminini vero inter. Rectè vet. & inter. quasi dicat, vel nominatim, vel inter ceteros. Et hoc est quod ait l. vltim. C. de libr. prat. Inter nepotes exheredandos alia esse iura ciuilia, alia pratoria, nimirum quia iure ciuili inter ceteros exheredari possunt, iure pratorio nominatim, neptes verò & inter ceteros.

Permittit. Legendum, promittit, ut in §. vltim. infra. & l. illud. D. de bonor. possess. contr. tabu. & alibi passim.

Ab adoptiuo patre. Viuo patre naturali. §. at hic. c. 1. lib. seq.

In hominum procreatione. Et ampliari imperium hominum procreatione reip. interest.

Per virilem sexum. In descendens per muliebrem sexum, silentium pro exheredatione est.

Silentio omittere. Non est, silentio, in vet. lib. Omittere est silentio exheredare. l. si patronus. D. de bo. lib. Pater autem silentio exheredare non potest. Miles, mater ascendentes per matrem, liberi, fratres, sorores silentio exheredare possunt.

Silentium matris. §. sed nostra. infr. de succes. lib. illo loco, vel mater siue avus maternus, &c.

## De heredibus instituendis

Plurimum sententias. πολέων ἢ μητίς ἀρεῖς  
op. sic l. 17. de iu. pat. l. si tibi. §. pactum. de pact.

Adulterio maculatum. Ut l. 1. C. de collus. det. turpis coniunctionis maculam. Marcianus habet, adulterij accusatum. & huic quoque sub spe impunitatis data libertas non valet. Græci sic interpretantur, ἐνοχοῦντα τῇ μοιχείᾳ, non κατηγόρησθαι, legendum igitur est, maculatum, non accusatum. alioquin certe pugnat hæc constitutio cum l. reos. C. ad leg. Iuliam de adult.

Ante sententiam. Ante finitam cognitionem, l. pro spexit. §. pen. D. qui & à quib. man.

Non fit necessarius. §. servus quoque. infr. c. 9. §. ex diuiso. inf. c. 20.

Dominus fit heres. Id est, domino res acquiritur. ceterum servus heres est.

Neque heres. Non potest esse heres cum re, qui dominum facit heredem.

Alienavit. Alienare potuit. & hoc genere auferre ei.



ei libertatem testamento adscriptum non ademptionis genere à semetipso.

Iussu eius domini. *Quid. cod. iussu domini sui.*

Antequam adeat. *Nec enim delatæ hereditatis dies cedit antè aditionem. At legati, cedit à morte testatoris, nec legatum postea manumissum sequitur, nisi repudietur à domino. l. 10. de opt. leg.*

Post domini mortem. *iacente hereditate.*

Non heredis futuri. *In quibusdam heredis futuri. l. nouatio. de nouat.*

Quin etiam. *Legendum, cùm etiam.*

Eius qui in vtero est. *Quamuis & hic videatur esse seruus sine domino.*

In duodecim vncias. *Scrupula autem. 288. vt Varro ait.*

Quæ assis. *Quoniam hoc numero plerumq; significatur vniuersitas. Aug. de ciu. Dei. 20. c. 5.*

Vsque ad assem hæc. *Legendum, vsque ad assem vtputa hæc, vncia, sextans.*

Dextans. *Agratius. De uncem 10. vncias. Diuncem.*

Totus ac in Semisso erit. *Sumas aliud exemplū ex l. 78. §. 1. D. eod.*

In quocumque. *Vet. cod. in quantascumq;.*

In hoc casu. *Hæc delenda sunt.*

Ex certo tempore. *Cur ex condicione, non ex tempore? quia tempus retroduci non potest, condicio retroduci potest.*

Denique diem. *Vet. cod. Denique adiectum pro superuacuo haberi placet.*

Impossibilis condicio. *Vel que pro impossibili habetur. l. 14. & seq. de cond. inst.*

Et legatis. *L. 12. de dot. præleg.*

Pro non scripta habetur. Et quasi mendum testatoris esse existimatur. *l. 1. eod. aut vitium sicut adiectio temporis l. 34. de hered. inst.*

Cuilibet. *Eligere igitur heres potest quam impleat.*

Peregrinantes. *Omnes libri scripti habent, peregrinatos, & sic aliàs quoque legi adnotavit Accur. Diuidenda autem ea dictio est in hunc modum, peregrinatos. Peregri dicimus, cum quis in loco est, Peregre, cum it in locum: vt Fl. Sospater scribit. Iam ergo non peregrinantes, sed peregrinatos, legatur in hoc §. Peregri, qui & proculi dicuntur, Th. ἐπι ξένῳ est autē sumptum hoc ex sententijs Pauli.*

## De vulgari substitutione.

In testamento suo. *Vel pupillari. l. in tabulis. de statulib.*

In vnius locum. *Idem de curatoribus ad litem. l. 4. de tutel.*

Singuli in singulorum. *Vet. singuli singulis, vt & in l. patet. D. eod.*

Sed si instituto. *Omnes vet. cod. Sed si instituto hæredi & cohæredi suo substituto dato alius substitutus fuerit. quod probo. sic in l. si ex pluribus. de suis & leg. hered. instituto hæredis & cohæredi substituti.*

Sine distinctione. *Sine respectu distinctionum*  
que

qua notantur in l. coheredi. in prin. de vulg. subst. Nam neque ordinem scripturae in hac re spectamus, neque ordinem successionis. Ceterum in pupillari substitutione ordo successionis spectandus erit l. qui habebat, D. eod.

Iussu domini. Quia non suo arbitrio adiuit, ideo ex asse heres non fit, sed in partem admittit substitutum quasi heredem adiectum, ut & olim sub creatione heres institutus si non creuisset ei substituto dato, non ceruendo sed pro herede gerendo in partem admittebat substitutum, quia non ita ut senserat testator hereditatem sibi quaesierat. quod Ulpian. ostendit lib. singul. reg.

In partem. In partem dimidiam scilicet: nam l. si paterfamilias. de hered. institut. ait in hoc casu semisses fieri: & l. prox. hereditatem diuidi inter dominum & substitutum. obstare creditur l. si paterfamilias. in illo loco, ita ut alter semis: nec poterit vnquam quisquam vlla ratione, quo minus obstare videatur, efficere: siquidem eo in loco Tribonianus non notas pro notis accepit. haec namque verba, ITA UT AS, sic explananda esse censuit, ita ut alter semis, cuiusmodi à nobis multa sunt in Pandectis notata & animaduersa, quae post suo tempore ac loco proferentur. Sic ergo rectè, cum dixisset Iulianus in l. si paterfamilias. in hoc casu semisses fieri, subintulit. Ita ut as aequis portionibus diuidatur.

### De pupillari substitutione.

Sit ei aliquis heres. Rectè, ei, ut l. 1. & l. coheredi. §. vlt. D. eod. l. si ita scriptum §. qui filio. de bo. pos. sec. tabul. & apud Ciceronem 2. de Inuent. Si filius antè

*moritur quam in tutelam suam venerit, tu mihi heres esto. nam & qui heres est pupilli à parte heredis instituti, patris heres esse videtur.*

*Prius moriatur. Plerumque addebant, quod abominor. l. coheredi. §. vlti. D. eod. etiam in vulgari. l. 4. C. eodem l. Lucius. D. de hered. instit. l. Lucius. §. filiam. de leg. 2.*

*in suam tutelam. Ut qui sunt alieni iuris, manumissione sui iuris fiunt: ita qui sunt alienæ tutela, pubertate fiunt suæ tutela. l. quotiens. §. 1. D. de administ. tut. quod plane est in suam tutelam venire.*

*Moribus. Vulgaris est ex 12. tab.*

*Habeant filios. Etiam si non sint in eorum potestate, quod longè abest exemplo substitutionis pupillaris.*

*Vel gradus. Hæc abundant: vt ex constitutione apparet.*

*Ad exemplum. Ratione successionis duo tantum sunt genera substitutionum. Ratione personarum tria: Vulgaris, Pupillaris, Iustiniana. Ratione scripturæ, quatuor: nam vel primus casus exprimitur, vel secundus, vel vterq<sub>3</sub>, vel neuter.*

*Sancimus. non est in vet. lib.*

*Aut certè vnum. Proculiani duo testamenta esse dicebant, Sabiniani vnum. l. paterfamili. de priuileg. cred.*

*Duarum hereditatum. l. 2. §. prius. de vulg. subst. l. 2. §. illud. de her. vend.*

*Ne filius suus. Vet. ne filius eius.*

*Periculo infidiarum. L. cum. §. mando. de leg. 2.*

Si

Si heres. *Legendum, & si hæres.*

Inferiores tabulæ *Inferiores tabulæ ab infima cera, sicut Hygenus ait, primas tabulas dici à prima cera, lib. de lim. agr.*

Aperiuntur. *Quod etsi non cauerit, voluisse intelligitur, qui separatim obsignauit tabulas secundas. l. pupillares. test. quemad. ap.*

Etiam exhereditatis. *Non enim quia heredes, sed quia liberi & in eorum potestate sunt, eis substituunt.*

Pars & sequela. *Si pars, ergò vnum testamentum est: si sequela, ergò & pupillare id quod pater sibi fecit, sequi semper intelligitur, etiam si alius sit ordo scripturae.*

Vel singulis. *Vet. vel singulis autem.*

Heredi instituto. *Non exheredato.*

Hereditatem eius. *Testatoris, non bona heredis propria. l. coheredi. §. quòd si hæredem. D. eod.*

## Quibus modis testamenta infirmantur.

*Quæ ab initio valent iure ciuili, aut rupti, aut irriti, vitio infirmantur. Iure prætorio, per bon. possess. contra tabulas rescinduntur.*

*Iure perfectum est. Quintilianus, si non est testamentum, quia non iure factum est, nihil obstare priori potest.*

*Ex lege Falcidia. Lex Falcidia est de legatis. Ceterum inducta etiam est constitutione Seueri in donationibus causa mortis, & S. C. Pegasiano in fideicommissis:*

G S

&

& constitutione Antonini in codicillis factis ab intestato. hic locus indicat eam obtinere in fideicommissis.

Inferta verba. Alioquin heres scriptus ex asse heres erit.

Et suæ potestatis. Hæc autem bon. possessio cum re futura est, si alius nemo iure legitimo heres sit, ut rectè Vlpia. adiicit in fragmen. eod. tit. Idem quid sit cum re & sine re, explicat rectè in tit. de possess. dan. ut iam inde appareat quid in l. filijs. C. de inoffi. test. hæc sibi velint, bon. possess. cum re accipere. & in l. posthumus. D. de iniur. test. bonorum possessionem accipere remq; obtinere. & in l. i. §. pen. si tab. test. nul. ext. bonorum possessores rem habituros. Res est hereditas aut bona. Ambrosius lib. 9. Epist. ad Clementianum. Sed sunt heredes sine re. sunt & cum re, & dicuntur heredes testatore vivente qui scripti sunt, sed sine re.

Mortis tempore. Etiam si medio tempore inter factum testamentum & mortem in eodem statu non fuerit.

In adoptivi patris potestate. Vel peregrinus adhuc aut servus.

Non potest scriptus heres. Et hoc sanè casu nec sine re quidem dabitur à pratore bonorum possess. nam is qui testatus est mortis tempore, testamenti iactationem non habuit, quod utique semper in iure pratorio exigitur.

Noluerit. Vet. noluit.

Irritæ fiant. Et ideò ne fiscus admittatur, qui tunc solet admitti, cum non infirmato testamento aut heredem testator indignum dixit, aut eius tantum deleuit nomen. l. hereditas. l. cum quidam. l. cum tabulis. §. vlt.

*ult. D. de his quibus ut indign.*

*Perfectæ fuerint. Atque adeò ne fisco locus sit, ut l. ex parte, de adim. leg.*

*Ob eam causam. Quòd tabula non essent legitima facta.*

*Diui. Vet. diui quoque.*

*Legibus viuimus. L. 2. C. Theod. de cond. & ho. mi. dom. Aug. Scribimus quidem leges, sed sequimur.*

### De inofficioso testamento.

*Hac actione testamenta rescinduntur, & hereditates petuntur. Vulgò autem dicitur actio, accusatio, querela inofficiosi testamenti: itemq; petitio hereditatis de inofficioso, ut in l. si quis filium. C. eo. l. pen. §. sed quemadmodum. D. de bonor. possess. contra tabul. Dicitur & centumuirale iudicium: sed hæc appellatio communis est: nam omnis petitio hereditatis centumuirale iudicium est. l. ult. C. de petit. hered. Paul. lib. 5. Sentent. tit. 16. Restat igitur de inofficioso agi apud C. viros. l. ult. C. de liber. prat. l. petitor. D. de lib. leg. l. qui repudiantis. l. Titia. D. de inoffic. testam. ideoq; in l. 10. D. eod. si pars iudicantium, id est, Centumuirorum. Plinius libr. 5. Epist. Post hoc ille cum cæteris subscripsit centumuirale iudicium, id est, de inofficioso. Ille enim est Curianus, qui à patre fuerat exheredatus. Paulus  $\mu\omicron\nu\acute{o}\epsilon\sigma\lambda\omicron\mu$  scripsit de C. viralibus iudicijs, ex quo est l. 7. 28. 31. D. eod. Vnde etiam apparet actionem de inofficioso, C. virale iudicium esse: non Septemuirale uti perperam in P. Flor. scriptum est.*

Exhere-

Exheredant vel omittunt. Satis erat dicere, exheredant: nam & omiſſis tantum eis datur hæc actio, qui pro exheredatis habentur: ceteroquin omiſſis hæc actionem datur. Verum nonnunquam inſtitutis etiam hæc actio datur, utputa ſi exhausta ſit hereditas, nec legi Falcidia locus ſit. l. Papinianus. §. quarta. ff. eo. tit. Paul. lib. 4. Sentent. tit. 5.

Contra omnes heredes. Rectè, contra heredes. nam querela inofficioſi teſtamenti contra heredes dari ſolet, honor. poſſeſſio contra tabulas, contra teſtamentum, vel ut dicitur contra lignum, non contra heredes.

Alio iure veniunt. Ut præteriti qui veniunt iure adcreſcendi, vel iure bon. poſſeſſionis contra tab. l. ult. C. de lib. præter.

Postumi. Postumi ſui, ut filij de inofficioſo teſtamento patris: Postumi legitimi, ut filij de inofficioſo teſtamento matris, fratres, nepotes ex filia: Postumi cognati, ut nepotes ex filio concepti poſt emancipationem. Postumi ergo non ſui tantum, ſed etiam alieni. l. poſtumus. l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. D. eod. tit.

Ad verecundiam. Honorem parentibus tam mortuis, quam viuis natura debitum.

Id quod deest. Inſtituto filio ſupplendum eſt id quod Falcidia deest, & hoc Paulus ſcribit libr. 4. Sent. tit. de inoffic. quer. Aequè exheredato ſi minus quarta relictum ſit, ex conſtit. Iuſtiniani ſupplenda eſt quarta: quod tamen videtur Vlpiano Tribonianus attribuere in l. ſi nõ mortis. D. eod. olim verò neceſſe erat id adijci in teſtamento. l. 4. Th. C. eod. tit.

Quarta legitimæ partis. Legitima pars debetur

tur



tur ab intestato. Quarta legitima partis ex testamento. est igitur quarta legitima portionis portio, quæ (vti credo) exemplo legis Falcidie inducta & definita est, ideoque & Falcidia dicitur passim. Eam verò Iustin. mutauit in trientem, vel semissem, pro numero personarum: ideoque si duo sint filij, sextans singulis relinquendus est, id est, triens legitima partis: si sex, vncia, id est, semis legitima partis: denique omnibus quadrans ex iure antiquo, & triens vel semis omnium bonorum ex iure nouo relinquendus est, singulis quadrans vel triens vel semis legitima partis, quibus etiam constat, si aliquis ex eis institutus sit, ab eo partem fieri. Auxit porro Iustin. eorum omnium portionem, qui de inofficioso agere possunt, vt ipse testatur in Nou. 8. quod à Grecis interpretibus deinde porrectum est non malè ad legem Falcidiam, & ad ea quæ exemplo legis Falcidie inducta diximus titulo superius proximo.

Siue iure hereditario. Vel partim iure hereditario, partim iure legati, vt l. 44. §. 1. de bon. libe. Idem in l. omnimodò. C. eod. & in Nouell. V. XXII. XVIII. Caterum ex Nou. CXV. quarta non excludit querelam, sed elogium in testamento adscriptum & comprobatum ab herede, quod non ideo Iustinianus constituit, vt iure hereditario relinquatur, sed ne cuiquam frustra apponatur exheredationis nota. Eadem Nouella tolluntur iura, quæ dictant actione de inofficioso omni ex parte testamentum rescindi: namque Iustinian. solam institutionem vt scindi putat oportere. & hoc est quod dicitur, Ex causa præteritionis vel exheredationis, &c. quod de ea præteritione accipiendum est, quæ vicem exheredationis obtinet: nam si pater filium præterie-

terie-

terierit, nihil in eo testamento scriptum valet, si tamen rescindatur per bon. possess. cont. tab. libertates quidem & legata non debentur nisi exceptis personis: at secunda tabulae valent, & quae in eis sunt relicta legata, à Praetore conseruantur. Ius enim praetorium quàm ius ciuile benignius est.

Vel fideicommissi. L. 15. §. vltim. ad leg. Falcid.

In his tantummodò. Non dicit in eo casu, sed in his casibus. puto intelligi duos casus. l. penult. D. de colla. quibus donationem inter viuos non tantum conferri opinor, sed etiam in quadrantem imputari. Benè autem, mentionem facit. nam alterum casum Iustin. non induxit. adde l. si quando. §. generaliter. C. eod. & l. si non mortis. D. eod.

Vel alijs modis qui in nostris. Vet. lib. non habent, in nostris, quod rectum est: nam dos, vel donatio propter nuptias, de quibus in hoc loco agitur, quae olim in quadrantem non imputabantur. l. 1. & 2. C. Greg. de offic. testam. nunc vt imputentur, ab Iustiniano effectum non est.

De virili portione. Om. vet. cod. pro virili portione quarta, quod rectissimū est. Sensus hic est: diuidi inter eos quartam omnium bonorum prorata earum partium, quas ab intestato habituri essent, ita vt virilis singulorum portio sit quarta legitima partis. Sic igitur quod pro virili diuiditur, & prorata sine ἀναλόγως diuiditur, sic in l. 1. C. vnde lib.

De heredum qualitate & differentia.

Ideoquē

Ideoque sic appellatur. *Quid. cod. ideò sic appellatus.*

*Protinus. Etiam clusis tabulis, ut exposui ad l. penult. de reb. cred. Sic l. 7. de test. tut. l. 3. C. Theod. de bo. proscr. §. . lib. 3. infr. c. 19. Neque verò datur ei facultas abstinendi se.*

*Vel distrahantur. Legendum, & vel distrahantur.*

*Iterum tamen. Iterum abest à lib. scriptis. Antea legebatur, iterum tamen ex ea causa res eius quas sibi &c. quod emendari ex vet. & ex Theophilizze nostro interprete fidelissimo, & antiquissimo. Ex alia causa, non ex hereditate. nam si ex hereditate, ad eas etiã creditores hereditarij admittuntur, ut l. si creditores, D. de separat. Nihil est certius.*

*Aut morte interceptus. Est hic quidem nepos opiter à veteribus dicebatur, cuius scilicet pater viuo auo mortuus esset, auctore Sext. Pompeio.*

*Succedit. Ex lege Iulia Vellea.*

*Quia domestici. Non alieni, Priscianus 7. Suorum nomen est ex xij. tabul. ut ostendi in notis ad Vlpianum: eo potestas significari videtur: nam & heredem suum & filium suum dicimus, pro eo qui est in potestate. l. penult. §. & vereor, de bonor. possess. contr. tabul. l. nepos, de lega. præst. Domestici etiam & domus appellatione potestas significatur. §. pater, supr. de test. An igitur heredes sui ex eo nomine accipiuntur, quod sint in potestate? at possit etiam hac ratione seruus, suus heres dici: filiumq; suum cum dicimus aut postumum suum, id nomen potius ad hereditatē referimus. Fortasse propius est suos heredes dici quasi αὐτοκλῆρονόμους, quo modo & suum*

Et suum assentatorem dixit Seneca libr. 5. de benefic. c. 7. Et suum fratrem. c. 10. quamobrem non adire hereditatem, sed retinere dicuntur. l. si patronus. §. vltim. de bon. libert. non furari ex ea hereditate, non subripere, non expilare: sed leuiore verbo amouere. l. si seruum. §. prator, de adq. hered. non heredes fieri, sed existere, id est, apparere, quod est Theophylo ἀναφαινεῖσαι, in tit. de con. possess.

Quam ex testamento. Tam ex directo, quam ex fideicommissio. l. 19. de rebus dub. exemplo iuris ciuilis.

Ex lege XII. Tab. Delenda sunt hac verba. vt auctores sunt libri scripti: Et verum est. nam potestas necessarios facit. l. conditionibus. D. de condit. Et demonstrat. non lex xij. quæ potestas moribus inducta est, non lege.

Extranei heredes nobis. Non est, nobis: Et in initio §. in extraneis, non est, tempore.

Illud obseruatur. Idem seruari in necessarijs, Et in suis, certissimum est.

Tria tempora inspici debent. Aliàs, tria tantum tempora inspiciamus.

Et infans. Th. addit, pupillum. Et sic l. 1. §. idem adquirimus, de adquir. possess. infanti velim pupillum addi.

Nisi minor. Impuberi datur beneficium abstentionis, Puberi restitutionis in integrum. Hoc si immiscuerint se vel adierint, eunc velint abstinere. quid autem fiet e contrario? Minor si repudiatam hereditatem adire velit, indiget eodem beneficio, videlicet si omnia sint in integro: nam rebus distractis finitisque  
omni-

omnibus negotijs hereditarijs, caret institutione, nisi forsitan impubes sit. l. quod si minor. §. Scauola. D. de minorib. Minor si post abstentionem, se immiscere velit rebus non distractis, non prohibetur nec indiget restitutione. l. si quis suus, de iur. delibe. nam & idem maiori datur adhibita scilicet definitione. l. vlt. C. de rep. her. Rebus distractis, minor indiget restitutione in integrum. Quod dictum est, Impuberem, qui repudiarit, & rursus adire velit rebus iam distractis, restitui, ei obstat. l. nam quod. §. 10. D. ad Treb. Vulgò malè in eo §. legitur, Prætorem, & in libro Flor. præceptorem. legendum enim est, per prætorem, & est quidem hæc eius §. sententia. Diuersa sunt repudiare & recusare. Repudiatio fit in iure. l. suus. l. sicut. C. de rep. hered. Recusatio quomodo. l. recusare. ad Treb. l. recusari, de adq. hered. Eum qui recusat adire, fideicommissarius cogit adire per prætorem & restituere. Quæstionis est, an etiam is cogi possit, qui repudiarit? Regula iuris hæc est, eum qui repudiarit adire non posse. sed tamen hoc casu si iustas causas habeat fideicommissarius, quibus vel repudiationi non potuerit obstare, vel ante repudiationem decretum postulare, æquum est ei succurri, vt cogat adire, exemplo eius qui tempore exclusus est. l. facta. §. pen. D. ad Trebell. Hoc ita si omnia sint integra: nam bonis venditis quamuis pupillus fuerit scriptus, qui vtique etiam re non integra restitui potest in integrum, non cogetur tamen per prætorem restituere fideicommissario, nisi ex iusta causa.

In cæteris omnibus causis. Causa cognita. §. si quis agens, infr. de act.

Diuus Hadrianus. Locus singularis, ad quem ta-

H

men

*men non nihil facit l. 2. de condi. indeb.*

Militibus tantum. *Legendum, in militibus tantummodò hoc extendit.*

Præstitit hoc beneficium. *Legendum ut in vet. hoc præstitit beneficium. Est autem hoc beneficium repertorij.*

Nobilissimum. *Vet. nobilem.*

Si obseruarint homines. *si, quod caput est, repertorium bonorum fecerint.*

Licet eis adire. *Vet. licet eis adire here. in tan. ten. in quantum.*

Sit eis. *Vet. eis fiat.*

Heredes pro dominis. *Heres sic dicitur quasi herus: ideoque in P. Flor. rectè heres & hereditas sine diphthongo: quod & in M. Tullij libris P. Victorius annotauit. inde in l. si is ad quem. D. de acquir. hered. pro domino facere, domino administrare.*

## De Legatis.

Figuris. *Formis & modis. l. 1. de obliga. & actio. l. mortis causa capitur. de don. cau. mor.*

Per actiones personales. *Quasi relictum per damnationem.*

Sed etiam per in rem. *Quasi relictum per vindicationem.*

Et per hypothecariam. *Persecutionem scilicet ceterarum rerum hereditariarum iure taciti pignoris pro modo legati aut fideicommissi.*

Strictè concludentem. *Intra rigorem iuris civilis, verborumque & formularum angustias.*

Vel

Vel heredis res. Res heredis non habetur pro aliena.

Vel adipisci non potest. Hæc à lib. scriptis emendatioribus absunt. Rei autem non esse commercium, & rei non habere commercium diuersa sunt. nam rei non esse commercium, id est, rem à nemine acquiri posse: rei non habere commercium, id est, rem à se acquiri non posse, ab alio posse. Quid ergò si rei legata sit commercium, eius tamen commercium legatarius nõ habeat? Et placet sicut inutilis est stipulatio. l. multum, de verb. oblig. ita inutile & inane legatum esse. l. mortuo. §. Labeo. D. de leg. lib. 2. nec quicquam mutat, si testator sciens incapaci legauerit. Opponitur l. fideicommissio. §. si seruo. D. de leg. lib. 3. sed ea ibi est natura legati, vt estimationem contineat. l. mortuo. §. . D. de legat. 2. Opponitur l. filiusfamilias. §. si quid. D. de legat. sed ibi legatarius non est incapax: nam lex ait licitè legatum. Opponitur l. sed si res. D. eod. & hic quidem est labor. At verò didici ex ea demendam esse secundam negationem, vt sit sensus, estimationem deberi, si ius sit fideicommissario possidendi sibi relictam à legatario, quam tamen ipse legatarius parare non possit. quod & ad heredem trahi potest, à quo ei cuius est possidendi res qua ab illo parari non potest, legata est. d. §. Labeo. d. l. multum. Vulgata scriptura inepta est. nam si sic interpretare ei, id est, legatario: qua sequuntur, abundant, si ei, id est, fideicommissario, illa abundant, cuius com. leg. nõ habet: nam etsi legatarius eius rei commercium habeat, inutile est fideicommissum, vt iam ante fundatum est à nobis.

Diuus Pius rescripsit. Aliud est in libertate

H 2 fidei,

*fideicommissaria. l. 39. de fid. lib. aliud in prælegato fundo alieno, ut imputetur in Falcidiam. l. hæres percepto. ad Trebell.*

Pretium consequi potest. Quia defunctus voluit, ut eam rem legatarius haberet sine impendio ullo, & pretium igitur quod impendit, ei hæres præstare debet.

Agere non potest. Est sanè ridiculum, si legatarius eius rei quam fecit suam sine onere, sine impendio ullo, pretium ab hærede consequi desideret, quod ei nullum abest. nam cum quod lucro eius cedere defunctus voluit, iam lucratus sit, frustra est legatum.

Si æstimationem agere potest. Quia rem defunctus legatarius habere voluit, quam non habet qui pretium habet.

Disiunctim legatum intelligitur. Hi sunt etiam coniuncti: sed oppositi illis disiuncti & separati dicuntur, quia ut Iustinianus ait, ab ipso testatoris sermone apertissimè discreti sunt. §. hæc autem. C. de cad. tollen.

Deducto. Vet. cod. detracto.

Ad eum peruenit. Ex causa lucratiua.

Quia vsusfr. Intentio eius qui fundum petit, hæc est, ut si à proprietate separatus sit vsusfructus, hæc confundantur, atque ita fundus detur. Rectè igitur in hoc casu legatarius ex testamento agit: nam vsusfructus seruitutem petit, quam ipse non habet. In re enim sua nemo vsusfructum habet. Proinde fundi sibi plenam proprietatem dari petit, cuius pars non est vsusfr. quem adquisiuit, sed seruitutis. l. 25. de verb. sig.

Am-



Amplius eius fieri non potest. Et legatum species est adquirendi dominij.

Et licet alienauerit. Hoc verò fit ex regula iuris, quæ Catoniana dicitur. l. cetera. §. t. D. de legat. 1. ideoque ita ponamus necesse est eum alienasse viuo testatore. nam si post mortem alienauerit, iam non tam regula Catoniana, quàm quòd legati dies inutiliter cesserit impedimento est. l. vlt. ad fin. D. com. pran. l. cum filius. §. seruus. D. de legat. 2. Opponitur l. 1. D. de regu. Caton. Animaduerti Celsum ab alijs sæpissimè dissentire. idemque ipse hac in re ausim statuer e. Iustiniano enim siue Triboniano affirmanti concordare omnia inter se, fidem nullam habeo. aliam circa Catonianam regulam controuersiam retulit Th. in §. an seruo, infi. Est autem hæc regula iuris antiqui, non iuris noui, vt ipse ad Vlpianum adnotauit tit. de legat. explicata l. vlti. D. de reg. Caton. (quæ ingeniorum vsque adhuc quædam veluti crux extiterat) hoc modo: non pertinere Catonis regulam ad leges Iulias & Papias, ex quibus legata cedunt ab aper- tis tabulis, sed ad leges xij. Tabul. ex quibus ea cedunt à morte testatoris. quod quidem hac de re cum disputare- mus inter nos, P. Faber, vtriq; nostrum eodem pene mo- mento in mentem venisse commemorari.

Quasi alienam legauerit. Non ex diuerso, si ali- enam quasi suam. §. quod autem. supr.

Legatarij esse putauerit. Vet. Cod. legatarij re testator putauit.

Celsus putat. Vet. existimat.

Neque ab herede eius. Liberatio relinquitur in rem, non in personam.

Potest etiam. Vet. potest autem, vel ad tem-

*pus, id est, etiam ad tempus.*

Propter representationem. *Quia ex testamento presenti die debetur.*

Vtile esse nihilominus legatum. *Totius pecunie. l. verbis, ad legem Falcidiam. & utile quidem, ut ex testamento rectè petatur. non ut Falcidiam amittat, non ut fideicommitti legatarij possit.*

Diui Scuerus. *L. falsa, de condit. & dem. quod & D. Pio tribuitur. l. legauit, de lib. leg.*

Instrumenta. *Vet. instrumentum. L. ultim. C. de fals. caus. quod exprimit quantitatem certam.*

In prælegando. *Dos prælegari dicitur propter representationem. Peculium prælegari in l. 1. §. si seruus. D. de exc. rei vend. Dos etiam relegari dicitur in tit. de dot. prælege. sæpè, quòd non tam legari, quàm retrodari videatur. l. cum pater. §. filie. D. de leg. lib. 2. l. 3. §. dicebam. D. de dot. prælega. Paulus lib. 4. Sentent. tit. 1. Re enim redditionem significat: ut veriùs cum maritus dotem legando dicat, Do, Lego: hoc dicere videatur, Reddo, Relego.*

Nec interesse. *Obijcitur l. 24. de libe. lega. Sed ibi factò debitoris, non heredis.*

Cum suis natis. *Quid cod. cum suo partu.*

Peculij legatum extinguitur. *Homo hominis accessio non est. at peculium sanè nominis accessio est, sicut instrumentum fundi. Hic igitur articulus, Cum, non aliter accessionis significationem admittit, quàm si id qualitas rei ferat. quam alij rei coniungit. Caterùm coniungit utique semper, sed modò quasi*

quasi accessionem rem aliam alij, modò quasi rem aequè principalem, & hoc casu duo sunt legata, illo vnum.

Fundus instructus. Vt quod tentatur alienato fundo legato, id nullo modo tentatur fundo pignorato, videlicet quia illo casu obscura est voluntas defuncti, hoc non item. §. si rem suam, supr. Ita & si nihil interest fundus instructus, an fundus cum instrumento legatur, tamen illo casu poterit dici, id est, tentari illud poterit, separatim instrumentum esse legatum, videlicet si ea mens defuncto fuerit. l. si cui legatum. D. de instr. vel instrum. leg. hoc verò casu, id est, fundo cum instrumento legato, frustra id tentatur, quando quidem manifesta est sententia defuncti. l. 1. D. eod.

Sicut ædium vnum corpus. Vtrumq; vnum est corpus, sed non eiusdem etiam generis vtrumque.

Dicimus cedere. In lib. scriptis non est verbum, dicimus: erit igitur hoc etiam ex Iuliani sententia.

Ab adita hereditate cedit. §. libertatibus. C. de caduc. tollen. l. si quis seruo. D. de legat. 2. l. 8. quand. di. lega. ced. Pura legata ex iure antiquo cedunt à morte testatoris, ex iure nouo ab apertura tabularum. Vt mur autem iure antiquo ex Constitut. Iustiniani: sunt tamen quedam legata, quæ ab aditione cedunt, vtputà, vsus, vsusfructus, habitationis, & eorum, quæ in heredes non transmittuntur libertatis, & id quod seruo manumisso vel legato relinquitur scripto, scilicet herede voluntario, non necessario: & ad ea quidem legata regula Catonis non pertinet.

Non cedere ea legato. Quia huius legati dies

H 4 cedit

*cedit ex mortis testatoris tempore.*

*Manumisso. In testamento.*

*Non debetur. Sed pertinet ad heredem, quod tamen inuito potest ex eo seruus alienare condicionis iniecta libertati explenda causa, veluti reliquorum reddendorum, si rationibus redditis liber esse iussus sit.*

*Si non adimatur. L. si Stichus. De pecul. idemque est in filio emancipato. l. donationes. §. pater. de donat.*

*Vt petitionem habeat. Quam non habet: non igitur ut habeat quod non habet, sed ut habeat quod iam penes se habet.*

*Liber esse iussus est. Peculio enim adempto qui, aut vnde possit reddere rationes.*

*Nisi aliud testator dixerit. Nisi aliud euidenter expresserit, ut l. 33. de excus. tut. nec enim semper paria sunt dixisse, & sensisse*

*Habebat olim in se conditionem. Legendum ut in vet. habebat in se tacitam conditionem. Nolum autem addi, tacitam, quod Theophili interpres addidit. ipsum enim per se optionis verbum conditionem facit. l. 13. illo loco, quasi pure legato, de opt. leg. alioquin aliud non fuisset olim receptum in legato generaliter relicto. l. nec semel. §. penult. quand. dies leg. ced. l. 10. de opt. leg.*

*Optasset. Vet. optauerat.*

*Ad heredem legatum. In l. illud. de opti. leg. quæ obstare videtur, non fuit optionis legatum.*

*Siue plures. Vet. ut siue plur. leg. existant.*

*& paulo*

& paulò post, siue vnius leg. plur. heredes & inter se.

Plerique prudentium. L. 25. §. si incerto. Fam. ercis.

Contra beneuolentiam. Humanitatem benignitatem, vt l. cum heres. De adqu. hered. l. in tempus. de hered. institut. Plini. 18. Priscarum legum beneuolentiam.

In matrimonium dederit. Omn. vet. cod. dederit, id est, collocauerit. & paulò post, designati erunt.

Quia placebat. Ex lege Fusia Caninia.

Qui nunc sunt. Rectè, qui nunc sunt, quia postumo alieno legari non potuit.

Repeti non posse. Quia eorum quidem non erat petitio, sed erat retentio.

Inutiliter legabatur. Non etiam per fideicommissum inutiliter relinquebatur. l. 5 §. vlt. de reb. dub. l. 2. de iur. cod.

Qui natus inter: Vet. libri, quos etiam secutus videtur Accursus, qui natus inter suos heredes testatori futurus non est. Alieni igitur sunt hi, qui sui non sunt aut inter suos. Proinde ex emancipato filio conceptus nepos alienus est: quia cognatus, non suus. vt not. in l. postumus. D. de inoffi. test. Item fratris filius, quia legitimus, non suus. l. penult. D. de legat. lib. 1. eadem ratione postumus matri alienus est postumus. Item qui in utero est nurus filij eius qui in adoptiua familia est, quia cognatus. l. 1. §. si filius. D. de vent. in poss. mitt. Quod si postumi legitimi vel cognati, alieni sunt postumi, & hi multo magis sunt alieni, qui neque legitimi sunt, neque cognati:

H S vt-

122 I. C. NOVAE AD LIB. II.  
utputa, qui sunt in utero eius quæ uxor nostra non est, vel  
esse non potest, quos omnes hæc Iustiniani definitio com-  
plexa est. Qui natus, inquit. inter suos heredes testatori  
futurus non est, id est, qui suus non nascitur.

Extraneus. Ergo alienus & extraneus εἰς ταῦτορ  
Φέροσι. Inl. tamen, extraneo. D. de vent. in poss. mitt.  
extraneus est is, qui neq; legitimus, neq; cognatus est: nã  
legitimus vel cognatus omninò mittitur in possessionem,  
& non tantùm si instituatur, sed etiam ab intestato suc-  
cedit.

Cùm in nostro Codice. Extat in libr. 6. Codicis  
tit. ad S. C. Trebell. & de incertis personis. Sub eo tamen  
nihil de incertis personis agitur: sed is tit. ita diuidendus  
est, ut precedat tit. de incertis personis: sub quo vetustis-  
simo in Codice manu scripto hæc adnotata inueni, Iste  
titulus vnã constitutionem habet Iustiniani  
totam græcam, quæ tenet folia octo, id est, qua-  
ternionem vnum. Tum deinde sequitur tit. ad S. C.  
Trebell.

Quia certo iudicio. Solido iudicio, Val. Max. &  
quia placet nominatim tutore dari, ut Vlp. ait lib. Reg.  
quæ ratio tamen in libertate non valet.

Antea poterat. Iure pratorio: non iure civili. §. 1.  
inf. de bon. poss. l. postumum. D. de inoff. test. l. 1. §. si filius.  
D. de ven. in poss. mitt.

Et nunc potest. Cum qua non est connubiũ.

Prænomine. Appianus. τὰ ὀνόματα ῥωμαίων  
πάλαι μὲν ἦν ὡς περ ἀνθρώποις ἅπασιν ἐκάστω  
μετὰ δὲ ἐγένοντο δύο, οἱ οὐ πολλὰς χρόνους, ἐξ οὗ τὸ  
πρῶτον ἤρξατο ἡμεῖς ἐπίγνωσιν, ἐκ πάσης ἡ ἀγίας  
προσίτου.

Falsa

Falsa causa adiecta. Non est, adiecta in lib. vet.  
& in versic. sub conditione, non est, seruo.

An seruo heredis. Vel filios. l. filiam. de aur. &  
arg. leg.

Purè inutiliter legari. Sine libertate fideicom-  
missaria. l. 8. l. de leg. 3. l. in ratione. §. penul. Ad leg Fal-  
cid.

Sub conditione vero rectè legatur. Quia ad  
condicionalia legata illa Catonis regula non pertinet.

Nam & si statim. Eadem propemodum inspectio  
est in l. si optio. D. de opt. leg. Item in l. quasitum. §. 1. D.  
de legat. 1. quæ citatur in l. Iulianus. D. de condit. & de-  
monstrat. Caterùm in proposita species dies legati cedit  
à morte. l. à filio. D. de legat. 1. & utile est legatum,  
dum pendet aditio hereditatis. In illis nisi dies cederet  
ab aditione, si statim testator decessisset, inutilia forent  
legata.

Sperni autem. Maximè si is ordo contigerit errore  
testamentarij.

Et multo magis libertatem. Quod obtinuit olim  
tantum in testamento militis.

Inutiliter legabatur. Libertas quoque post mor-  
tem heredis inutiliter relinquebatur auctore Vlpian. lib.  
Reg.

Ad fideicommissorum similitudinem. L. co-  
heredi. §. quod si heredem. de vulg. subst.

Pœnæ quoque nomine inutiliter antea. Non  
est, antea. multa alia ad hūc tit. pertinentia notauimus  
apud Vlpianum.

Nec heredem pœnæ nomine. Cōheredem da-  
ri, vt l. verbis. de vulg. subst.

Im-

impossibilia sunt. Videlicet cum heredi impossibilitas imponitur. nam si legatario nihilominus valet legatum. §. impossibilis. sup. c. 14.

Secta meorum temporum. Iustinus iunior apud Corippum. Non patitur seclorum secta meorum, Iniu-  
stos sauire diu.

## De ademptione legatorum & trans- latione.

Siue codicillis. Testamento confirmatis.

Sed alijs. Vet. id est alijs. & superius non sunt illa, sed &. Et vt hodie quoque placet legata rectè dari quibuscunq; verbis. l. 21. C. de leg.

Et Seio dari. Transferri etiam rectè dicitur per fideicommissum, vt hereditas. l. 4. C. de his quibus vt indign.

## De lege Falcidia

Qua modus. Hinc in l. quod conditionis. D. de do. caus. mort. emendandum est, modo legatis concessio. Legatarijs impositus est dodrās, heredibus quadrās. l. pen. D. de iur. sis.

Vti quisque. Additus fuit articulus quisque nam certè ita lex concepta fuit, Paterfamilias vti legasset super pecunia tutelaue sue rei, auctore Cornificio.

Lex Voconia. Lege Voconia multa continebantur. Vt ne quis census plus cuiquam legaret, quàm ad heredem perueniret. cuius rei auctor est non Th. modò, sed etiam M. Tullius in 3. act. in Verrem. Vt ne vltra consanguineos



guineos femina ab intestato succederent, auctore Paulo lib. 4. sent. Ut ne quis census mulierem heredem faceret ultra quadrantem: siue, ut Dion scribit lib. 57. ὑπὲρ δ'ὄνο ἡμισ μνηστὰς αἰ, id est, ultra 25. millia sestertium, quæ quarta pars est bonorum eius, qui census dicitur. ex quo etiam apparet, censum dici eum, qui centum millia sestertium possidet, ut in l. Papia. §. sed nostra. infr. de success. liber. quod etiam Ascon. Pedianus adnotauit. Inde verò idem Dion rectè scribit instituta Liuia ab Augusto ex triente, impetrasse Augustum à Senatu, ut tantūdem ei liceret παρὰ τὸ νόμον καταλιπεῖν, ex quo apparet, quo de lege Voconia à Quintiliano traditur Declamatione 264. ut ne mulieri plus quàm semissem relinquere liceat, ut in scholasticis exercitationibus ferè fit, ab Quintiliano esse confictum.

Exhausta sit legatis. Legata quæ doctantem excedunt, hereditatem onerare dicuntur. quæ assem assumunt, exhaurire. quæ doctantem non excedunt, delibare. Igitur per legem Falcidiam delibari hereditas potest, non onerari, non exhauriri.

Quæ nominatim. Secus si hoc modo, Quisquis mihi heres erit. l. 1. §. id quod. D. eod.

An quia is quartam. L. coheredi. §. coheres. de vulg. subst.

Liceat, ut quartam. Rectius in lib. vet. licere placuit, ut quartam partem suæ partis saluam habeat, posse retinere.

In singulis heredibus. Institutis vel substitutis. l. 11. §. si filio. D. eod.

Ex fœtu pecorum. Vel ex alijs fructibus. l. 30. D. eod.

Solida

Solida legata debentur. De quadrante. l. 11 §. quod vulgò. D. eod. non de proprio patrimonio heredis.

Cùm autem. Deducto ere alieno, & si quid est aliud eris alieni loco, deducta funeris aut monumenti necessarij impensa, deductis libertatibus, deductis deorum donis, & generaliter deductis his omnibus, quæ Falcidiam non patiuntur, & quæ extra bona defuncti esse censentur, id quod superest pro dodrante & quadrante diuiditur inter heredem & legatarios. Quod diximus de Deorum donis, Paul. scribit libr. 4. sentēt. de S. C. Pegas. vt & idem videatur non improbabilit̃er in l. 1. §. ad municipum. D. ad leg. Falcid. scripsisse, non etiam ea.

Item funeris impensa. Hanc debuit ponere primo loco.

Pretia seruorum manumissorum. Etiam si vita decesserint post mortem testatoris, ante aditam hereditatem, & pretia eorum qui vltimò supplicio adfecti sunt ex S. C. Sillaniano, & pretia eorum, quos moriente testatore iam certum erat propter morbi grauitatem diutius viuere non posse. l. 11. §. si seruus. D. eod. Eadem deductio fit in ponenda ratione legitime portionis quæ debetur liberis aut parentibus. l. Papia. §. quarta ne inoffic. testamen. non etiam olim in ea quæ patronis. l. 4. de bon. lib.

Tunc demum. Vt. tunc deinde.

## De fideicommissarijs hereditatibus.

Additur contra antiquorum librorum fidem. Et ad

ad S. C. Trebellianum, in impressis.

Sed prius est vt *Vet. & prius.*

Quibus enim non poterant. Quod tamen hodie cum fideicommissa sint iuris extraordinarij, siue, vt Iustiniano placet, ordinarij, in fraudem legum fieri certe nullo modo potest. Hieronymus ad Nepotianum. Per fideicommissa legibus illudimus.

Ex testamento poterant hæreditatem. Abest vox, hæreditatem, à libris scriptis.

Tantum pudore eorum. §. & quia prima infr. Seneca, Religiosus, inquit, homo sanctusque solet tueri fideicommissa. & inde à sanctissima femina fideicommissum relictum. l. 19. §. pen. de an. teg.

Gratia personarum. cap. vlt. infr.

Per ipsius. *Vet.* per Augusti ipsius. hoc verò est cum iureiurando rogare. l. cum pater. §. filius. D. de leg. libr. 2. siue *ὁ ὄρκω*. l. 2. C. com. de legat. vt & si quis per Deum rogaret. l. 3. D. de iu. fisci.

Iussit consulibus. L. 29. de leg. 2.

Paulatim. Paulatim ius crevit. l. 11. §. si rem. De leg. 3.

In assiduam iurisdictionem. Columella 12. Magistratus assidua iurisdictione vim legum custodire.

Prætor proprius. Eius autem vice in provincijs præfides de fideicommissis cognoscebant. l. cum etiam, C. de rebus credit. L. si cui legatum. de conditio, & demonstrat. l. Titia. in fin. De aur. & argen. l. 2. C. qui pot. in pigno. hab. Primum duo, deinde nunc tantum.

Recto

Rectò iure. *Verbis directis & legitimis.*

Cum primum poteris. *Vt in formula cretionis,*  
*In diebus quibus scieris poterisq.*

Annæo Seneca. *Quid est ergo quod Ausonius in*  
*Panegyrico negat Annaeum Senecam fuisse Consulem?*  
*ordinarium scilicet.*

Omnes actiones. *Omnes in solidum, lego Falcidia*  
*nondum porrecta ad fideicommissa.*

Vtiles actiones. *directa penes heredem remane-*  
*bant sine re. Potuit Senatus fideicommissarium heredem*  
*facere. §. quos. infr. de bon. poss. at quia heredem non e-*  
*um fecit, & de transferendis tantum actionibus cauit,*  
*ideo heredi & in heredem directæ, fideicommissario &*  
*in fideicommissarium utiles dantur tamquam in here-*  
*dem. §. ergo. inf.*

Retentio permessa est. *eodem. S. C.*

Partitio. *Ostendi ad Vlpian. tit. de legat. de hac par-*  
*titione accipiendam esse, l. nomen. §. partitionis. D. de*  
*verb. signifi. Moneo de eadem accipiendum esse quod de*  
*partitione Cic. scribit 2. de Legib. hoc sensu, Legatariũ*  
*partiarium alligari sacris cum quo scriptus heres here-*  
*ditatem partiri & diuidere iussus est, nisi adiectum sit,*  
*deductis C. nummis. At deductione in testamento nõ scri-*  
*pta, eum etiam sacris liberari, si minus ceperit, quàm he-*  
*redi relinquatur.*

Iure ciuili. *Id est ex 12. tab. nam & S. C. Trebellia-*  
*num pars est iuris ciuilis.*

Tanquam in heredem. *Quia tunc loco heredis e-*  
*rat, superiore autem casu loco legatarij.*

Stipulationes interponebantur. *Quo remedio*  
*omnia onera hereditaria in fideicom. transferbantur.*

In

In hac specie concurrente. Nimirum herede co-  
 acto adire periculo fideicommissarij ex S. C. Pegasiano,  
 & translatis omnibus actionibus in fideicommissarium  
 ex S. C. Trebelliano. l. si heredes. i. ad Treb.

Simplicitas. Simplicitas legibus amica. §. ceterum.  
 c. 2. lib. seq. l. vlt. C. de furt. τὰ φημίαια No. 107. Vafrici-  
 es inimica, argutie scilicet, subtilitates, scrupulosita-  
 tes, obscuritates, distinctiones, ac differentia nimia.

Vel repetere solutum. Per errorem facti, non  
 iuris. Benè, quasi ex Trebelliano, id est, ignorans legem  
 Falcidiam interuenire. nam si quasi ex Pegasiano, repe-  
 titio cessat: nec enim videtur indebitum soluisse, qui ple-  
 nam defuncto fidem exhibet.

Pro rata portione. Deducto ere alieno hereditas  
 diuiditur inter heredem & legatarios. Nulla fit dedu-  
 ctio inter heredem & fideicommissarium. Igitur priore  
 casu, heres omnia sustinet onera: posteriore, pro sua  
 quisque parte. Onera inquam creditorum. An & lega-  
 tiorum? Hæc vero onera ad solum fideicommissarium  
 spectant, qui tamen quarta retentionem non habet. Hæc  
 ita si heres totam hereditatem restituere rogatus sit,  
 non si partem. l. 2. C. ad Trebell. l. 1. §. si is qui CCCC.  
 D. eod.

Aut pro parte restituere. Nam & in partem fi-  
 deicommissarius Trebellianus heredis loco est. l. postulā-  
 te. §. pen. ad Treb.

Quæ quartam continet. Quod si plus quarta con-  
 tineat, heres etiam legatatus in id tenetur, quod quar-  
 tam excedit, videlicet si plus legatarijs debeatur, quàm  
 ad fideicommissarium peruenerit.

Sed illud interest. l. si legatus. §. multum. Ad Tre-  
 bell.

*bell. l. 3. C. de sen. pas. l. pen. C. de hered. inst.*

Et ideo D. August. ad nec. iuris ea retraxit.  
*Quid. cod. ea detraxit. Legendum autem est, eadem traxit.*

Vir excellentissimus. *Vet. vir excelsus. sic supr. §. libertinorum. De libert. Vir excelsus, magnificus, illustris, idem sunt.*

Postquam negauerit. *Hæc non sunt in libr. vet.*

Recurrat. *Vet. decurrat. Allegans docensue id nõ iure relictum esse. hæc vero est pœna perfidiæ magna. fauor est hic magnus fideicommissorum in codicillis relictorum, vt omnimodo præstentur ab herede, qui fateatur se rogatum, etiam si nullus fuerit adhibitus testis, vt inficiator iurare compellatur, vt recusans iurare pro confesso habeatur.*

### De singulis rebus per fideicommissum relictis.

Inutiliter relinquitur. *De suo quemq; non de alieno largiri oportet.*

Extranei sit. *Nec distinguitur sciens an ignorans legauerit. l. Paulus resp. de fid. lib.*

Redimi. *Vel magno pretio. l. 22. §. si testamentarius. Ad leg. Cor. de fals.*

Quoad. *Vet. cod. quia. L. si seruo. de adim. leg.*

Orcinus appellatur. *Acheronticus. Libertus defuncti, & contra defunctus patronus eius. §. . lib 2. c. 19. l. pen. §. Dama. de leg. 2. Excipiendus est casus Constitutionis D. Marci, de quolib. seq. c. 11.*

Et

Et quo moreretur. Imo & alienus, domino pretio legato, & agnito legato l. in seruitutem. §. dabimus. de bon. lib.

Velut ex suo testamento. ἀμέσως. A testatore protinus, vt l. 7. De test. tut. Ex hoc nimirum est directo, siue recto iure. Legata ex ipso testamento, fideicommissa ex fide heredis pendent. vt rectè sudas legata definierit τὰ ἐν διαθήκαις, fideicommissa τὰ ἐν πίσει κατὰ λιμπανόμουν ὑπὸ τῷ μίλλοντι & πλευτῶν. Illa igitur sunt directa, hæc non item.

Verba autem. Verba vulgaria. l. libertates. de fid. libr.

Volo, mando. Volo, id est, cupio. Mando, id est committo. hæc verba imperatiua non sunt, sed precaria.

### De Codicillis.

Esse cœperunt. Non est, esse.

Testamento confirmatos. In quo filia heres erat scripta, Augusto coherede adiecto, vt Theop. scribit. à filia autem testamento relicta legata. Ab Augusto codicillis fideicommissa, quibus nec si testamento confirmato confirmari essent tunc iure legata relinqui poterunt. ergo neq; ab Augusto, neq; à filia.

Deinceps reliqui. Reliqui coheredes Augusti.

Legata quæ iure. In codicillis testamento confirmatis directò heres scribi non potest, legata tamen in eis & tutela & libertates relinqui possunt. quo igitur ait filiam Lentuli legata ipso iure non debuisse? nempe quia ius codicillorum nondum erat receptum.

Sapientes viros. Vet. cod. prudētes inter quos

Trebatium quoque.

Vtilissimum. L. 2. De Const. princ. quæ est ex libris fideicommissorum Vlpiani, & hanc introducendorum fideicommissorum rationem exprimit.

Et Labeo. Iurisconsulti auctoritas non minor quàm Augusti.

Iure optimo. Optimum ius vltimæ voluntatis per codicillos est, quia nullam solemnitatem desiderant. Optimum ius legati per damnationem.

Papinianus. L. 5. de iur. cod.

Speciale postea voluntate. Testamento vel codicillis.

Posse fideicommissum peti. Rectè, fideicommissum. Legatum non poterat peti, quia testamento confirmati non sunt. l. codicillis. de an. leg. l. 35. §. vlti. l. 41. §. codicillis. de leg. 3. l. 31. de leg. 1.

A voluntate. Et hoc quidem ad Papinianum Tribon. appinxit in l. ante tabulas. D. de iur. cod. quod nec Paulum admisisse indicat l. impuberem. §. qui codicillos. D. de lege Corn. de fals.

Neque dari. Neque confirmari. l. penu. §. sed cum. C. de nec. ser. l. 6. de iur. codic. nam & qui confirmat, dat.

Neque adimi. Quod fit per exheredationem. Adimi etiam videtur hereditas, si testator dicat in codicillis heredem non mereri suam voluntatem, vel si heredi scripto condicionem adscribat, quæ ademptio non aliter valet, quam si verbis precarijs iure fideicommissi in alium transferatur hereditas. l. 4. C. de his quib. vt indig. l. pen. §. vlt. de cond. inst.

Nec exheredatio. L. codicillis. C. de testa. Eorum scili-



*scilicet, qui heredes scripti sunt. Eorum verò, qui heredes scripti non sunt, exheredatio nulla est nisi suorum numero sint.*

*Nequedari. L. Scauola. Ad Treb. præterquam in militis codicillis. l. militis. in princ. D. de mil. test.*

*Codicillis adicere. L. 6. & l. 13. §. vlti. D. de iur. cod. l. pen. C. eod.*

AD LIB. III. INSTITVTIO.  
MVM DN. IVSTI-  
NIANI.

De hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur.

**I***N* vetustissimo et probatissimo Codice, quo in conscribendis his notis vsus sum frequentissime, sic habetur: Dn. Iustiniani perp. A. institutionum compositarũ per Tribunianum virum virum magnificum, magistrum & exquæstorem sacri palatij, & Theophilum & Dorotheum VV. illustres & antecessores incipit tertius, De heredit. quæ ab intest. def. Hic autem titu. pertinet ad totam materiam intestatæ successionis: specialiter autem sub eo de suorũ dumtaxat successione tractatur, eiusq; summa hæc est: Suos heredes nobis esse ex 12. Tabul. legitimos filios, vel naturales factos legitimos. In suorum linea vltiorem à proximioe non excludi. Vltiorem vice sui patris admitti. Inter suos heredes à pratore vocari emancipatos,

I 3 non

non etiam eos, qui sunt in adoptiua familia. Inter suos heredes ex constit. vocari nepotes ex filia, & deinceps ceteros.

Prognatos prognataue. Pronepos proneptisue ex nepote ex filio nato, progenitus progenitaue. vnde & in l. lege Iulia. D. de ritu nupti. sic legendum est, pronepósue ex nepote ex filio nato: & paulò post: proneptisue ex nepote ex filio nato nata. Natus dicitur de filio, Prognatus de nepote vel pronepote, vt Ciceroni Thryestes Tantalo prognatus, qui Tantalo est nepos, Ioui pronepos.

Nuptijs vel. Hæc oblitteranda sunt auctoris lib. scriptis.

Curijs tamen ciuitatum. Dari autem possunt etiam extantibus iustis filijs. Sunt enim in l. 3. C. de nat. lib. temerè ab aliquo addita hæc verba, Naturalem dumtaxat fœcunditatem fortiatur, ex ipsa Nou. 1. Theod. de bon. decur. contra l. communium, C. de nat. lib. quæ meritò fuerant ab Triboniano prætermissa, vt auctores sunt omnes libri scripti. Memini eodem modo in l. 2. C. quand. & quibus quart. pars deb. ex Nou. 2. Theod. de bon. decur. perperam addita fuisse verba hæc, Et optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis vel dodrantis, quæ absunt ab omnibus libris scriptis. & meritò: cùm eius optionis in l. 2. nulla mentio ante habeatur. At ibi etiam in eo peccatum est, quod cùm in Nou. Theod. post illa verba, Quartæ partis, spatium relictum esset, suppleuere, vel dodrantis, hæc scilicet potius cùm supplenda essent, siue eius pretio.

Affectione procedente. Cōfirmat & auget affectionem

tionem inter coniuges procreatio liberorum. *ἄνωδ' εἶσα*  
*μ* enim, vt Aristoteles ait, inter eos liberi esse vide-  
 tur. qua de causa *ἔ' ἀνωδοί* facile diuertunt dissident  
 ve vt auctore Suetonio Ti. & Iulia intercepto commu-  
 nis filij pignore. Et procedente, inquit, filij affectione, vt  
 Apuleius procedente consuetudine & affectione roborata.  
 Plin. 21. Procedente hilaritate.

Obtinere censuimus. L. nuper. C. de nat. lib.

Filius in potestate eius sit. Quippe cum mortis  
 tempore is nepotem gradu precedat: sed & illud neces-  
 sarium est, vt nepotem in hereditate precedat. l. scripto.  
 D. vnde lib. §. cum autem. infr.

Sui heredes sunt. Quamuis verum sit eos in pote-  
 state morientis non fuisse. l. vlti. D. de col. bon. l. vlti. §. e.  
 de ads. lib.

Sui autem. Vet. cod. Sui autem etiam ignoran-  
 tes heredes fiunt.

Ignorantes fiunt. L. 3. §. est autem. D. de suis &  
 leg. her.

Et licet furiosi sint. Aut infantes, aut peregrè na-  
 ti, vt Paulus scribit 4. Sent.

Continuatur dominium. Rerum heredita-  
 rium.

Sed ipso iure. Verum tamen si soluendo non sit he-  
 reditas, & furiosus si resipuerit, & pupillus si adoleuerit,  
 se abstinere possunt.

Ius enim postliminij. Eadem causa est postumo-  
 rum. Et fuit olim eorum qui erroris causa probata post  
 mortem patris ciuitate donabantur ex lege Aelia Sentia  
 & S. C. & eorū qui ex prima secundaq; mancipatione  
 post mortem patris manumittebantur: qui etiam omnes

quasi adgnatione sui heredis rumpebant patris testamē-  
tum.

Memoria eius damnata. Nec restituta restitui  
enim potest à principe, vt in Pertinace Capitolini legi-  
mus.

Hereditatem aui. Aui abest à vet. lib.

In parentis. Vet. in patris.

Locum succedere. Gaius, in locum portionem uē,  
vt l. coheredi. §. vltim. de vulg. subst. l. cum quis. §. Seiā.  
de leg. 3. non in ius nomenve sui heredis, atq; ita fit vt cū  
suo herede succedant non sui: vt q; plures habeantur pro  
vno. l. 2. §. si duo. l. 7. de col. bon.

Sed in stirpes. Non viritim pro numero singulorū.  
l. 8. & 9. C. Th. de bon. pos.

Habeat. Gaius, fruatur, prisco verbo.

Hac ratione si filius. Liberi qui sunt in familia, si  
primum gradum obtinent, sui heredes appellantur, dum  
modo vt in gradu, ita in hereditate præcedant. In hac  
igitur specie filius nepoti non obstat, quoniam post mor-  
tem filij, testamentum destituitur. Cæterum non destitu-  
to testamento filius nepoti obstat, l. scripto. vnde lib. l. si  
quis filio. de inius. rup. test. ideoque nepos testamentum  
quasi successione rumpit: quia non nisi post mortem testa-  
toris ius filij exheredatione abscissum fuit. l. filius. §. vi-  
deamus. in fin. D. de bon. posses. contr. tab. l. 1. §. post suos.  
D. de suis & leg. here. At si filius præteritus, qui est apud  
hostes, in eo statu decedat, nepos testamentum rumpit.  
Ius enim filij non fuit hoc casu moriente testatore abscis-  
sum, sed pependit. l. illa. §. 1. D. de hered. instit. & hac est  
sententia l. si quis postumos. §. si filium. D. de libr. & po-  
stum.

Hac

Hac ratione si filius. Huic similis alia species ponitur in l. 1. §. sciendum. D. de suis & leg. her. cui Pap. in l. vlt. D. de cond. insti. hanc videtur coniunxisse his verbis, quemadmodum si exheredato: & quæ sequuntur: quæ tamen Papiniani sententia valdè amputata, aut certè deprauata est.

Filio mortuo. Post mortem patris deliberate extraneo.

Certum est. Perfecta igitur definitio suorum heredum hæc est, vt sint liberi, qui in familia defuncti proximiores gradu sint delatæ hereditatis tempore, aut futuri forent, si eo tempore editæ essent.

Attigit. Vet. tetigit. Et paulò post, inter liberos auo.

Adoptauerat. Quia patri adoptatoris per adoptionem agnatus non fit, nec cognatus igitur.

Cùm non sint sui. Non est, sui. Sententia hæc est: Cùm heredes esse non possint quasi sui, vel quasi agnati, quòd liberi, qui nõ sunt sui, certè nec agnati sunt. §. scripto. vnde lib. 1. de bonis. §. 1. de Carb. edict. deniq; cùm non sint quantum ad hereditatem liberi, nec quantum ad bon. possessionem, quæ iure proximitatis defertur, cognati sunt.

Quasi proximi cognati. Nec liberi sunt igitur, nec cognati. denique qui nati ex liberis nostris nobis liberi non sunt, nec cognati quoque nobis sunt. Qui autem liberi quidem nobis sunt, sed non sui liberi, etiam si nec adgnati nobis sint, sunt tamen cognati.

Emancipati. Non est, vno.

Cum suis heredibus concurrant. Ita tamen, vt emancipati suis si qua bona propria habent, conferant.

Et solus suus heres. *Legendum ut in vet. id est, solus suus heres est, & paulò post, pro parte fiat, quod est ἀντιθετον.*

Vnquam in adop. fam. fuissent. *Adoptio præterita non nocet. l. 6. §. vlt. de bon. poss. cont. tab. quia tempus mortis spectatur.*

Et quantum ad hunc adoptiium, patrem pertinet. *Tria posteriora verba absunt à veter. libris.*

A prætore non adiuuantur. *Nec quasi cognati.*

Filij filiæve. *Imò & ius filij, filiæve quod natura consecuti sunt, exheredatione amittunt. l. 9. §. si filium, de lib. & posth. nec à prætore adiuuantur.*

Neque ut oportet. *Id est, nominatim. l. 2. C. de bon. poss. cont. tab.*

Emancipati fuerint. *Vet. emancipati sunt. & paulò post, id est, qua cognati.*

Atque si in patr. nat. potest. permanisset. *Quinimò in patris naturalis potestate permanet, videlicet, si extraneo in adoptionem datus fuerit. §. sed hodie. c. 11. lib. 1.*

Ex tribus maribus. *Seneca 2. Cont. 1. Tres filios sustulit, poterat vnum in adoptionem dare.*

*Adoptandum suscepit. A patre naturali.*

*Seruamus. Vet. seruauimus.*

*Pronepotes, qui ex neptibus. Vel ex nepotibus ex filiabus natis.*

*Cognatorum loco numerans. Rectè, quia hi neque sui, neque adgnati sunt auo materno.*

*Tam in aui vel proaui materni. Auis mater-*

respicit nepotem ex filia natum: Proavus maternus respicit pronepotem ex nepte & filio vel filia nata. Idem tamen dicendum est in proavo paterno, qui respicit pronepotem ex nepote ex filia nato.

Quam in auia vel proavia. Auia materna respicit nepotem ex filia natum. Paterna nepotem ex filio. Proavia paterna pronepotem ex nepote ex filio filiae nato natum. Materna pronepotem ex nepte ex filio filiae.

Eundem gradum. Id est, suorum heredum.

Aliquid sit eis. Eis, id est, filiis filiabusque, qui quæve ad successionem patris vocantur ex xij. Tabul. Item filiis filiabusque, qui quæve ad successionem matris vocantur ex S. C. Orficiano. Item nepotibus neptibusve ex filio, qui quæve ad successionem avi paterni vocantur. ut sit inquam, eis amplius aliquid quam nepotibus ex filia tam mortua venientibus ad successionem avi materni, aut nepotibus ex filio vel filia ad successionem avia paterna vel materna, aut pronepotibus ex nepote ex filia nato ad proavi paterni, aut pronepotibus ex nepote ex filio filiae nata ad proavi materni, aut pronepotibus ex nepote ex filio filiae nato ad proavia paterna, aut pronepotibus ex nepte ex filio filiae nata ad proavij materna. quos omnes Constitutio vocat inter suos.

Veteris iuris. xij. Tab. vel S. C. Orficiani.

Portionem nepotum. Nepotum ex filia, si queratur de hereditate avi materni. Item nepotum ex filio vel filia, si queratur de hereditate avia paterna vel materna.

Vel deinceps. Ut pronepotum ex nepote ex filia nato, si queratur de successione proavi paterni & ceterorum,

rorum, de quibus superius dictum est.

De quibus. Qui scilicet ex feminis descendunt.

Quam mater eorum. Cùm defunctus est auus maternus, de cuius successione nunc agitur.

Vel auia. Cùm defunctus est proauus maternus, auia materna pater, de cuius successione nunc pronepos litigat.

Fuerat acceptura. Mater de hereditate patris defuncti, qui est ad nepotes ex filia auus maternus: auia iam mortua post filiam suam de hereditate patris, qui proauus maternus est ad pronepotes ex nepte ex filia nata. & sic intelliguntur hæc, quando masculus mortuus est, cuius de hereditate agunt ij, qui ex filiabus & nepotibus nati sunt.

Vel pater eorum. Cùm queritur de auia paterna hereditate, addendum videtur, vel mater eorum: atque ita Th. legit, cùm similiter auia materna defuncta est, cuius defuncta matre nunc hereditatem nepotes sibi defendunt.

Vel auus paternus. Cùm proauia mea paterna mortua est.

Siue maternus. Cùm proauia materna defuncta est. His adde, vel auia paterna vel materna.

Quando femina mortua sit. Id est, auia, vel proauia. Supra quando masculus, id est, auus vel proauus mortuus est. Cùm de hereditate masculi queritur, multum distant, qui per virilem sexum, ab his qui ex feminis descendunt. nam illi ex xij. hi ex constitutionibus vocantur. Cùm de hereditate femina, eodem omnes iure vocant.

Dubita-



Dubitatio manebat. Vna Constitutione cum hisce nepotibus concurrentibus adgnatis dante quadrantem, altera quodammodò adimente.

Ex cuiusdam. L. si defunctus. C. Th. de leg. hered. ex qua etiam trientis deductio fit. Quadrantem tollit in hoc §. Iustinianus: sed & trientem tollit in Nou. 18. & 118. idq; Græci ad Theophilum adnotarunt, aut idem ipse Th. in extremo huius §. vt in tit. quib. mo. test. inf. de ratione mutati quadrantis Falcidiam, auctore Viglio Zuichemio.

Potiores ijs habeantur. Potiores erant in quadrantem.

Et tempora. In futura tempora scilicet, non in præterita.

Ita tamen. Hæc clausula, ita tamen & c. non est in ea Constitutione: sed noua est Iustiniani Constitutio: quam postea Nouellis inseruit, vt inter filios & nepotes ex filia, & inter nepotes aut pronepotes, qui ex feminis descendunt, diuidatur hereditas in stirpes, non in capita, & vt sine vlla trientis diminutione, Nou. 18. Vt hoc isto loco ita multis alijs locis alia pleraque in Digestis & Codice Tribunianus admiscuit, quæ nondum constituta erant, sed meditata tantum, & postea Nouellis inserta sunt.

Antiquitas. Lex xij. Tabul. l. 3. C. de suis & legit. heredib.

## De legitima agnatorum successione.

Prætor. Prætor vocat emancipatos, & ex emancipatis.

*cipatis procreatus, Constitutiones ex feminino sexu descendentes liberos,*

*Vel constitutiones. Naturales, qui ex constitutionibus redacti sunt in potestatem patris, sui sunt, & hoc est quod Iustin. ait in tit. prox. Quibus connumerari, &c. id enim est suis connumerari idemque ipsius tituli. ordo indicat. nam vsque ad §. emancipati. de suis tractatur ex xij. Tabul. deinde de his quos Prætor vocat inter suos: tum in §. item vetustas. de his qui ex constit. vocantur inter suos, cuiusmodi sunt nepotes neptesve ex filia, pronepotes proneptesve ex nepte ex filio filiave nata, vel ex nepote ex filia nato: non etiam naturales facti legitimi: quo in errore est Theoph. in tit. de success. cogn.*

*Existat qui successionem. Vet. cod. extat & successionem.*

*Quoquo modo. Ex testamento, vel ab intestato, civili vel pretorio iure.*

*Ex lege 12. L. lex Cornelia. in fin. de vulg. subst.*

*Agnatum proximum. Sui heredes, sunt etiam agnati. l. filius. de suis & leg. here. l. 1. C. §. de grad. & adfi. l. de bonis. §. huic autem. de Carb. ed. sed differentie causa separantur sui ab agnatis. In ordine suorum non servatur gradus prerogativa: quod secus est in ordine agnatorum. Hi diuidunt hereditatem in capita, illi in stirpes. In his habetur discretio sexus, in illis non item. Hi sunt heredes aditione, illi existunt. His capite diminutis non datur bon. possessio, Vnde legitimi: illis tunc etiam datur bon. possessio, Vnde liberi. Agnati & sui dicuntur etiam legitimi.*

*Pertinet hereditas. Quintilianus. Proximum lo.*

*cum*

tum à testamentis habent propinqui, & ita si intestatus quis ac sine liberis decesserit, non quoniam utique iustum sit ad hos peruenire bona defunctorum, sed quoniam relicta, & velut in medio posita, nullius proprius videntur contingere.

Cognitione coniuncti. Quae legitima cognatio dicitur, auctore Gaius, & Vlp. l. 12. §. vlt. de rit. nup. Altera est naturalis, de qua c. 5.

A patre connati. Vet. à patre cognati, id est, per patrem. sic & in §. 1. de leg. agn. tut. Cognatorum alij sunt adgnati, alij cognati, hi à matre, illi à patre, & utriusque dicti cognati, ut græcè *συνγενεῖς*, ut Labeo ait, quasi commune nascendi initium habentes.

Qui & consanguinei. Semper in libris nostris consanguinei sunt fratres sororesq; ex eodem patre, licet non eadem matre: Vterini verò non sunt consanguinei. denique consanguinitas est fraternitas: nec vlllo in loco aliter hoc verbum vsurpatur. Consanguinei etiam vocantur germani. §. nos autem. & §. seq. infr. si modo in eiusdem patris potestate fuerint mortis tempore. Vterini qui eandem matrem habuerunt, non eundem patrem, cognati sunt, non adgnati vel consanguinei. Ambrosius ep. 66.

Consobrini. Gaius, quos plerique etiam consobrinos.

Sed ijs. Non qui solo mortis tempore. Certum autem esse incipit aliquem intestatum decessisse vel repudiato testamento, vel defecta conditione vel agnato postumo, vel prouinciato falso testamento. l. 16. D. de lib. & post. l. 1. C. de bon. poss. sec. tab.

Quin

Quin improprie. *Consanguinei appellantur, sed improprie, vel potius legendum est, qui hi proprie. l. 1. §. vlt. D. de suis & leg. hered. l. 2. §. sed & si ipsa. D. ad S. C. Tertyllia.*

Ex cæteris agnatis tuis. *Vet. lib. non habent, tuis. Si quis igitur ex cæteris agentis adoptauerit aliquem, non dubitatur eum inter suos agnatos connumerari.*

Longissimo gradu. *In infinitum. l. 2. §. agnati. de suis & leg. her.*

Quod ad feminas verò attinet. *In vet. lib. non est, attinet.*

Ita placebat. *Lege Voconia.*

Quia commodius. *Commodius est bona manere in familia eadem, quàm transire in alienam.*

Omnia alia succes. incognita. *Cognatorum scilicet & coniugum.*

Et pollicebantur his. *Sed non nisi post cognatos proximiores: nam proximior cognatus, vt supra dixit, & ab hac edicti parte excludebat feminam agnatam, non consanguineam.*

Exæquantes. *Quid. cod. exequentes. Hæc igitur est ex xij. Tab. & Constit. Iustiniani legitimorum definitio, Legitimi sunt agnati vtriusque sexus, siue natura, siue adoptione quæsi sunt. Ex lege Voconia, Legitimi sunt agnati virilis sexus, quod ego latius exposui in notis ad Vlpianum*

Hoc etiam. *Ex constitutione Iustiniani inter legitimos vocantur sororis germanæ vel vterinæ filij tantummodò & filia, vel soli vel vnà cum consobrinis, quibus ipsi sint amitini: videlicet si nulli extet defuncto con-*  
sangu-

sanguinei aut uterini, quod tamen in Nou. 118. omnino aliter distinguitur. Sūt verò hæc omnia in ea No. temerè addita, καὶ ἀδελφοπαῖδες. item, ἢ ἀδελφοπαῖδες. item, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀδελφοπαῖδες πρὸς μοῖραν οὐκ ἰδίᾳ γονέως λαμβάνουσιν. Et paulò post, ὁμοίως δὲ καὶ ἀδελφοπαῖδες. nam etsi ex ea fratrum filij cū fratribus succedant, non tamen succedunt cum parentibus fratribusq;: non ex ea inquam, sed ex 127. Denique Bulgarus Iulianusq; patricius Nouellarum interpretes ea verba non agnouerunt.

Superstites non sunt. Nam consanguinei, quos lex 12. non separauerat à cæteris adgnatis, interpretatione prudentium primum inter agnatos locum acceperunt.

Non ad stirpes. Sicuti inter liberos iuris est.

Sed in capita. Inter ipsorum fratrum filios nullis alijs concurrentibus, quod à Iustiniano abolitum non est.

Frater potior habetur. Et tamen in ordine liberorum filius licet solus sit defuncto suus heres, non est potior nepote ex altero filio iam mortuo.

Vsa lex XII. Tab. In vet. lib. non est, XII. Tab. sed intelligitur tamen.

Legitimo iure. Ex lege XII. Tab.

In adgnatorum hereditatibus. Vel tanquam adgnatorum, vt l. vltim. §. successionis. C. de legat. hered.

Sequens succedit. L. 3. §. pen. de leg. tut.

Qui contracta fiducia. Fiducia est redhibendi aut reuendendi lex venditioni apposita. Igitur in emancipatione filij, tunc pater contrahit fiduciam cū vendit

eum interposita reuendendi aut emancipandi fide: atque ea re quidem is, qui ea conditione emit, pater dicitur fiduciarius. Hanc verò legem pater naturalis interponit, ut sibi ex ea filius reuendatur, atque ita à se manumittatur, & per manumissionem, ut sibi iura legitima successionis adquirantur, auctore Cuiuslibet. Instit. alioqui manumissione emptor legitimus heres fieret. fiducia igitur lex est redhibendi aut reuendendi, ut in l. 2. C. de pac. int. empt. & vend. vel empti serui manumittendi, ut in l. 4. §. si ab ignoto, D. de manumis. l. 3. D. de obseq. à lib. prest. Lex denique commissoria exemplum est fiducia, id est fiduciaria emptionis, aut fiduciarij pignoris: & ideo Paulus lib. 2. sent. sub tit. de lege commiss. non nisi de fiducia & actione fiducia tractat. Caterum hodie fiduciaria emptio rectè fit, id est, sub lege commissoria, non etiam fiduciarium pignus. l. vl. C. de pac. pig. quod tamè ante eam constitutionem & ex Cicerone, & ex Paulo et Isidoro aequè probatum fuisse constat.

Quod ex nostra Constitut. Eadem nempe qua & in legitimis hereditatibus successionem esse voluit, id est, l. 4. C. de bono. lib. & iure patr. gracè conscripta.

Omnino. Vet. omnimodo. Ergo ex constitut. Iustiniani inter legitimos vocantur, qui nō contracta fiducia emancipauerunt. & superuacua est bon. poss. Vnde de x. persona.

Apud veteres. Libri scripti, apud antiquos.

### De S. C. Tertulliano.

Diuus Claudius. Ex indulgentia personali.

D. Ha.

D. Hadriani. Id est, D. Pij, Tertullo & Sacerdote  
Coss. sic in l. acceptis. D. ad leg. Falcid. l. deducta, §. numo-  
mis. ad Trebellia. coniuncta l. in quartam. ad leg. Falcid.  
sic in l. si de vi. de iudici. coniuncta l. 5. de vi publ. sic epi-  
stola D. Hadriani de diuidenda actione ex stipulatu vel  
mandati, id est, D. Pij. l. si testamento. §. quod si duo. D.  
de fideiuss. quam appellationem D. Pius sortitus est ado-  
ptionis iure. Vel forte Tertullo & Maximo Coss. de qui-  
bus l. 29. §. sex. Ad leg. Iul. de adult.

Non etiam auia. Vt ex constitutionibus nepos ne-  
ptisve auia succedit, ita miror cur ante Iustinianum non  
extiterit constitutio aliqua qua auia mutuam successio-  
nem daret.

Mater ingenua. Ingenua vel ciuis vel Latina ius  
Quiritium consecuta: item libertina. Latina ingenua, et  
Latina libertina non consecuta ius Quiritium ex S. C.  
Tertulliano non succedit. auctor Paul. lib. 4. sent. Latina  
ingenua est qua nata est ex Latinis libertinis.

Qui sui sunt. Ergo liberi, qui in adoptionem dati  
sunt, matrem non excludunt: nam neq; sunt sui, neque  
bon. possessores, quin potius ipsi excluduntur à matre, nã  
matri vnde legitimi, ipsis vnde cognati datur enim uerò  
ex decreto D. Pij matrem excludunt, ne quasi legitima  
succedat, & simul cum matre ex illa parte vocantur,  
qua cognati: quàm si non admittant, mater succedit in  
eorum locum quasi legitima. at que ita fit, vt edicto Vn-  
de cognati, succedat edictum. Vnde legitimi. l. 2. §. sed  
si quis decesserit. D. eod. titul. id quod etiam contingit in  
specie §. si sit consanguinea. ead. l.

Sed & filia suæ. Filia que ex S. C. Orfitiano ad-  
mittitur, præfertur auia, quam S. C. Tertullianum vo-

cat: quod & de nepte traditur & proauia. l. . . & 4. C. de S. C. Orfitiano. l. si matre. C. de suis & leg. lib. Quamuis defunctæ non sit suus heres.

Ex constitutionibus. Ex S. C. Tertulliano mater vocatur propterea, quod filia suus heres non est, aut sui loco. Rursus filia ex S. C. Orfitiano. Id verò disidium ex constitutionibus sedatum & compositum est.

Pater quoque. Si in emancipatione manumissor extiterit. l. 10. D. de suis & leg. her. l. 2. C. ad S. C. Tertul. ipse legitimus heres est, non mater: si manumissor non extiterit honorarius. & quoquo iure veniat, matri præfertur.

Non etiam auus. Nisi auus nepotem vel neptem in potestate habuerit, quo casu omnia bona occupat iure peculij vt pater. l. vlt. D. eod.

De hereditate agitur. Non concurrentibus patre, matre & auo manumisso. l. equis. D. eod. ne fiat *ἀντισσέρον*.

Consanguineus. Non vterinus, non naturalis tantum l. Lucius. D. de vulg. subst.

Excludebat matrem. L. 2. C. Theod. de inoffic. testamen. l. C. Theod. de secund. nupt. l. 3. §. plane si mater concedat. D. de Carbon. edict. l. . . de iur. & fact. ignor.

Pariter cum matre. Et mater filia pro dimidia, filia pro virili succedebat. l. 2. C. Theod. de secund. nupt.

Onerata, Ostendi in notis ad Vlp. tit. vlt. legendum esse, honorata

Fratribus & sororibus. Vt. fratri & sorori.

Sed



Sed nos Constitutione. L. 2. C. de iur. lib.

Casum fortuitum. Casum fortunum vocat, non quod fortuito accidit, sed quod fortuito non accidit, quod non peperit nisi unum, vel duos, ut in §. sub condicione, infr. c. 15. & non casum, casum vocat.

Sed cum antea constitutiones. Constantini & aliorum. l. 2. 7. C. Theod. de leg. her. quarum sententia hac est, Ut mater quæ liberis honorata non est, cum agnatis filio filiaeve ex triente succedat: ut quæ liberis honorata est, trientem aspergat fratri cognato (nam frater agnatus matri praefertur) vel patruo eiusque filio, vel nepoti, non ulterioribus. Contra verò Iustinia. matrem in solidum ad hereditatem filij vocat, nisi concurrant sorores, quibus dimidiam partem relinquit ex iure antiquo, vel fratres soli aut cum sororibus, cum quibus pro capitibus hereditatem diuidit: nec interest agnari suerint an cognati, habuerit ipsa ius liberorum, an non habuerit. Mortuo filio emancipato, & concurrente patre mater excluditur ex S. C. Tertylliano. Rursum pater excluditur à filijs suis emancipatis fratribusque defuncti. sed ex Constitut. Iustiniani, id est, l. vltim. C. ad Tertyllia. hoc casu patri matrique datur vsusfructus ex bessa. Mortuo autem filiofamil. fratribus emancipatis sororibusque & matri secundum praedictam distributionem proprietates: patri vsusfructus, quo & superstite filio vsus est, conseruatur. Quod si fratres concurrant non emancipati, siue defunctus fuit emancipatus, siue non, bona fraterna ex constitutione l. cum oportet. C. de bon. quæ libe. adquir. & l. de emancipatis. C. de suis & legit. lib. quæ legem vltim. C. ad Tertyll-

lia, consecuta est, patri adquiruntur vsusfructus iure. Acquum igitur erit concurrente matre virilem ei, aut dimidiam portionem proprietatis dari. Sed hæc omnia mirum in modum perturbantur in Nouellis Iustini-  
ni.

Partem abstrahentes. L. 1, C. Th. de leg. her.

Intra annum. L. sciant. C. de leg. her. ex qua Tribu-  
nianus hæc verba inseruit in l. 2. §. confestim. D. eod. ita  
tamen vt nullo modo annale tempus excederet.

### De S. C. Orfitiano.

Hoc S. C. filius succedit matri & quamuis matri co-  
gnatus sit, nõ agnatus, matris tamen agnatis præfertur.  
Eius auctores fuere D. Marcus & Commodus oratione  
in Senatu habita, aut per candidatos recitata. l. sacra-  
tissimi. D. ad Tertyl. Aliud verò eius S. C. caput refertur  
à Paulo libr. 4. sentent. ad leg. Caniniam. Cassiodorus in  
lib. de Consulibus. Orfito & Rufo Coss. inquit Impp. ne  
quid bonitati deesset, seueriores quasq; leges nouis con-  
stitutionibus temperarunt.

Orphito & Rufo. Symmachus. Quiq; dedit l. ges  
Orphitus A Eneadis.

Etiã si alieno iuri subiecti sunt. ita tamen vt  
iussu eius adeant cuius iuri subiecti sunt, vt de matre di-  
xit cap. superiore.

Consanguineis. Id est, fratibus vel sororibus. l. 2.  
C. de reuoc. don.

Postea hoc constitutionibus. L. si defunctus. C.  
de suis & leg. Valentinian. Th. & Arcadij cum diminu-  
trone certæ partis, vt dictum est in §. item vetustas.

Ex

Ex lege 12. tab. deferuntur. Nēpe quia lege 12. suis tantum vel adgnatis deferuntur qui capite minuti tales esse desinunt. nouis autem legibus & S. C. deferuntur his qui iura tantum cognationis habent, quæ capitis de minutio perimere non potest.

Ex hoc S. C. admitti. cum iussis liberis nisi mater sit femina illustris & ad bona quoque liberti materni. l. 18. de bon. lib.

Si ex plur. legit. hered. quidam. Idem in testamentarijs iure antiquo & nouissimo, non lege Iulia & Papia.

Et licet ante decefferint. Vet. & licet antè decesserunt quàm adierint. legendum tamen est, quàm ad cresceret. vt in l. si ex pluribus. Ius ad crescendi trās mittitur ad heredes eius qui pro portione sua adiit hereditatem, quia portio portioni ad crescit, velut alluuius. l. 33. in fin. De vsuf. Ius ad crescendi est reale. Ius autē delatæ hereditatis, hoc est facultas ad eundem hereditatis, quia personale est, non transmittitur ad heredem, & multò minus hereditas. etiam si quis ignorans eam sibi delatam esse, mortem obierit antequam sibi eam adquireret. nec enim potest transferri in heredem meum nisi quod meum est. alioquin haberet defunctus pro parte heredem eum qui adiit, & pro parte quæ adita non est, alium qui neque heres ei est, neq; heredis heres. quod ratio non patitur.

### De successione cognatorum:

Non etiam liberis. Immo ex constit. Iustiniani etiam filijs. l. vlt. C. de leg. her.

K 4

Cum

Cum aliqua diminutione. Nempe trientis. Ut ecce si vnus sit frater integri iuris, alter emancipatus: integro datur bes, deminuto triens: si duo sint emancipati, vnus integri status, huic semis, illis singulis quadrās, si duo integri, vnus deminutus, huic sextans duella & duella quarta pars, illis dodrans duella, & alterius duella reliquum. Semper enim id exigimus, vt singuli integri duabus partibus amplius habeant, quam emancipatus: sed hac diminutio à Iustiniāno sublata est.

Ex ipsius Const. verbis colligere. Remittit nos ad Constitutionem Anastasij, quæ extabat in priori editione Codicis, posteriori quæ facta est post hunc librum fuit emissa. vnde coniecturam facere licet postea Iustinianum emancipatos fratres vocasse cum his qui integrum ius consanguinitatis habent sine vlla diminutione, quod & l. vlt. C. de leg. her. probat. vide §. vltim. cap. seq.

Proximitatis nomine. Hoc proprio nomine cognatio naturalis significatur: namque in ea sola proximitas spectatur. In suorum, in agnatorum ordine, non quis sit proximior, sed quis suus, quis agnatus spectatur: ac sepè fit, vt proximiorum suis vel agnatus excludat. §. repetitis. §. vlt. inf. tit. prox.

Ad successionem vocat. Itemquæ feminas adgnatas, non consanguineas ex hac parte prætor vocabat, deficientibus cognatis. Itemquæ sequentium graduum adgnatos proximioribus delatam sibi hereditatem repudiantibus, aut inter deliberationis moras vita defunctis.

Quia consanguinitatis ius. Cum fratribus & sororibus legitimis ex eodē patre est cōsanguinitatis adgnatio.

tio. l. 9. C. Th. de bon. prof. l. ult. C. Ad S. C. Tertyl l. 32.  
D. de leg. 3. Vulgo quesiti cognatos fratres habere pos-  
sunt, non consanguineos.

Sicut & matri cognati sunt. Vet. sicut ex ma-  
tre cognati sunt. Sensus hic est, eos inter se cognatos  
esse, sicut ex illis, qui per matrem coniunguntur, cognati  
sunt. Agnati sunt ex patre cognati: Cognati sunt ex ma-  
tre cognati.

Et si decimo gradu sit. Hoc dicitur.  $\pi\epsilon\sigma\delta\epsilon\delta\iota\alpha\sigma\alpha$   
 $\lambda\iota\omega$  sexti. nam successio agnatorum nullo fine termina-  
tur.

Vsque ad sextum. Qui gradus etiam finis est in l.  
Papia. decimaria & in lege Iulia publicorum iudicio-  
rum. Ut verò latius diffundatur adgnatio quam cogna-  
tio, nominis & familiae propaganda studium facit quo  
ducta etiam lex 12. deficientibus adgnatis gentiles vo-  
cat qui eodem nomine sunt, et si non familia eadem. nec  
fuit etiam à prætorè in infinitum producenda cognatio,  
quæ iure ciuili erat incognita. Et ideo Vlp. in tit. de sol.  
capac. si cognati inter se coierint vsque ad sextum gra-  
dum. & Papin. in l. octau. Vnde cog. Octau. gradus ag-  
nato deferri bono. posses. vnde legitimi, etiam si lege he-  
res non extiterit, ut puta si hereditatem non adierit, aut  
se pro herede non gesserit. eidem ut proximo cognato nõ  
dari, vnde cognati. etiam si se pro herede gesserit. nam  
vltra sextum gradum ne agnatis quidem ipsis, qui eti-  
am heredes extiterint, quasi cognatis bon. posses. deferri  
potest.

### De gradibus cognatorum.

Vet. libri, De gradibus cognationis. & ideo inf.

K S Agna-

Agnationis quoque gradus, inquit.

Sororisque filius filia. Ambrosius epist. 66. auunculum & filiam sororis esse tertio, fratres patruales sibi sociari quarto gradu.

Qui Græcè πατράδελφοι. Vet. libri πατρώοι, & paulò post, μητρώοι, non μητράδελφοι, absunt autem illa verba, quæ Græcè πατράδελφῆ appellatur: quæ Græcè μητράδελφῆ dicitur: non tamen illa, quæ in plerisque impressis desunt, ut apud quosdam τριβίαι appellatur. Vet. libr. suffragatur Græca conuersio Theophili.

Ex fratre & sorore propagantur. Ausonius de filia amita. Quæ genita est mihi pene soror. Filia namq; fuit hæc amita.

Amitæ tuæ filij. At quis sit matruelis in l. i. D. de leg. Pomp. de parricid. dubitatur. An materteræ filius? Consobrini autem & consobrina appellatione in ea lege continebuntur ex fratre & sorore filij. nam et si auunculi filius mihi sit consobrinus, ego illi amitinus, ut Iustin. refert, & Paulus lib. 4. sentent. eod. titu. (in quo, ut hoc in transcurso dicam, error est, dum ait, Id est, auunculi & materteræ, nam abundant hæc, & materteræ) possint tamen inter se amitini appellari auctore Cajo in l. i. de grad. & aff. & Paulo in l. i. C. eodem. & Nomo Marcello. Amitini, ait Nonius, fratrum maris & fœminæ filij. patruales marium fratrum filij. Possint & eodẽ modo confusis appellationibus inter se consobrini appellari. Igitur non malè Donat. in Terent. Cùm, inquit, de fratre natus est alter, & alter ex sorore, consobrini: cū ex fratribus, patruales dicuntur. Sunt & consobrini  
qui

quidam in sexto gradu: hi sunt patruelium, consobrinorum, amitinorum filij: & hoc est, quod Paulus ait in l. I. C. sororum fratrumq; meorum nepotes neptesue, item mei inter se consobrini sunt. & lib. 4. sentent. Propioris, inquit, sobrini filius filia qui consobrini appellantur. & paulo post in 7. gradu constituit consobrini filios filiasq; id est, sobrino natos natasq;. hi ab Theophilo in hoc titu. *μειζωνωνο* & *εἰσοι* vocantur, & simpliciter consobrinum in §. vltim. de suc. cog. Proprie autem sobrinum dicuntur & sobrina. l. 3. D. de grad. & adj. quæ appellatio à plerisq; etiam patruelibus tribuitur. Spartianus in Hadriano Traianum consobrinum patris Hadriani, ipsius quoque Hadriani consobrinum vocat: quem nos propius, vel propiorem, vel propiorẽ sobrinum sobrinam, aut propiorem sobrino sobrina omnimodo rectè. Th. proprius consobrinum consobrinam & Sex. Pompeius in vet. Sobrinus. Est igitur propior sobrino sobrina patris mei consobrinus consobrina, ego illi sum consobrini filius filia. & hoc Paulus indicat in l. I. C. §. quinto, vers. persone. & versic. his omnibus quos à patru nepote. Hinc emendandum est quod Tacitus lib. 12. scribit in hunc modũ: Quia Lepida minore Antonia genita auunculo Augusto, Agrippinæ sobrina prior, ac Cn mariti eius soror: & pro minore legendum, maiore: auctore Suetonio in Nerone c. 5. & pro sobrina prior, sobrina propior, fuit enim Lepida Germanici patris Agrippinæ consobrina. Germanicus ex Antonia minore, Cn. Domitius & Lepida ex Antonia maiore. Sed tamẽ, vt confusa est vtrinq; amitini & consobrini appellatio, quemadmodum superius dictum est, ita factum est, vt propiori sobrino ego etiam vocer propior sobrinus. Sex.

Pom.

Pompeius, Propius sobrino mihi est consobrini mei filius, & patris mei consobrini. Non malè igitur in l. 2. C. unde legit. Cùm propiorem sobrinum, id est, natum à consobrino. Idem verò Sex. rectissimè ex Aelio Gallo tradit sobrinum esse consobrini patris mei filium, & consobrini matris meae filium. Sobrini autem mei filius, qui septimo gradu est, mihi sobrino natus est, ego illi patris sui sobrinus, ipsi ininter se sobrinorum filij se inuicem sobrinis natos appellant, nam ultra sobrinos non est cognationis nomen, id est, ultra sextum gradum. l. 1. C. § pen. vbi Trebatij auctoritate vritur. Vt autem consobrini, amitini, propius sobrini confusam permixtamq; appellationem fuisse ostendimus, ita ex l. 1. C. §. penulti. vers. amita magna, constat quemadmodum sobrini mei filius mihi est sobrino natus, ita patris mei sobrinum mihi esse sobrino natum, ait lex, ipse autem iisdem sobrino sobrinae natus, id est, is cuius de cognatione queritur patris magni & aliorum pronepotibus.

Item pro patris. Om. lib. scrip. his omnibus carent, ipse etiam Theophilus. Igitur sic legamus, id est, ab aui & frater & soror. item sobrini sobrinæque. id est, &c.

Generata. Vet. generata quæque. vna quæque generatio, vel successio gradu efficit. Affinium nulli sunt gradus, quia nec alij ex alijs gignuntur, nec successione veluti quadam inuicem nectuntur: vt ecce qui ex genero nascitur, affinis non est, sed cognatus: ideoq; in l. iuriconsultus, existimo legendum, iuriconsultus cognatorum gradus & ad fines: vt in inscriptione legis, & in ipso titulo.

Agnationis. Vt sex cognationis gradus numerantur,



tur, ita agnationis gradus, qui penè in infinitum extenduntur. Qui septem numerant cognationis gradus, hoc ideo faciunt, quia ex septimo gradu cognationis iure vocatur sobrino sobrinaque natus.

Sed nostra constitutione. Ex hac constit. filij naturales, id est, vel in seruitute, vel post libertatem vulgò quæsi, inter legitimos vocantur. Aut verò liber ex ancilla propria vel aliena, aut libera ex seruo proprio vel alieno, aut seruus ex ancilla liberos suscipit. Primo casu manumissa ancilla cum natis, nati non succedunt matri ex Orfitiano, quia nec cognati quidem sunt, sed ex hac constitutione patri autem non succedunt, nisi is cum matre dotalia instrumenta conscribat: quo casu non ex hac constit. sed ex xij. Tabul. vocantur tamquam sui. rursus post libertatem nati matri non ex hac constit. sed ex S. C. Orfitiano succedunt. sed tamen utriusque simul vocantur, in seruitute suscepti ex hac constitutione, in libertate ex Orfitiano. Secundo casu matri, sublato iam S. C. Claudiano, ex S. C. Orfitiano succedunt, hi videlicet quos suscepit ex seruo alieno non ex seruo proprio. seruo autem alieno manumisso filij ex hac constitutione succedunt simul cum his qui ex eadem vel alia muliere post libertatem in concubinato suscepti sunt. si enim non ex eadem, sed ex alia muliere nuptijs contractis filij quæsi sint, hi proculdubio obstant in seruitute susceptis. Tertio casu omnibus manumissis, filij patri matrique ex hac constit. succedunt vnà cum his qui post libertatem vulgò quæsi sunt, qui patri ex eadem constit. matri ex Orfitiano succedunt. Et hæc vera sunt siue nati siue facti sint serui. nam quod in titu. de cap. dem traditur cognationem manumissos non recipere, id Iustin. in sua constitutione

non

non negat : hoc enim solis filijs dat vt libertinis legitimis heredes sint, non etiam reliquis cognatis. Lex autem, ex libera. C. de suis & leg. lib. quæ huic constitutioni opponitur, si titulum sub quo posita est inspicias, ceriè pugnat cum hac constitutione. at meo quidem iudicio lex fugitiua est, id est, non suo titulo posita, vt & l. i. eiusd. ii. l. i. C. de dolo. l. . . C. de accus. l. data. C. qui accus. non poss. l. 3. D. de appellat. recip. l. eum qui. D. de iniur. voc. & aliæ complures incuriæ Triboniani manifestæ indices. Ceterum ipsi inter se filij naturales inuicem quasi iure cõsanguinitatis ex eadem constit. succedunt.

Hi qui ex seruili. Vet. & hi qui ex seruili. Ventre. ventrem enim sequuntur.

In seruitute eos habuerint. Qui tamen liberi nascuntur ex matre libera licet pater in seruitute antequam manumitteretur eos suscepit & postea ad libertatem peruenerit.

Patronatus iure. Nam & hi liberi patronum excludunt.

Qui in seruitute nati. Ex ventre seruili. In seruitute nascuntur qui ex serua nascuntur. In seruitute habent liberos quibus seruis liberi nascuntur in libertate.

Siue ex eodem patre. Locus hic admodum deprauatus est. legendum, siue ex eodem patre, vel eadẽ matre, siue ex alijs qualicumque copulatione nati sint ad similitudinem, &c. Nam aliæ nuptiæ non sunt, cum priores nullæ fuerint. rursus si ex nuptijs sunt quidam, naturales cum eis concurrere non possunt. tum verò si sunt ex nuptijs, cur adiecit, ad similitudinem, & quæ sequuntur? Emendationis huius auctores

*cores mihi sunt libri scripti.*

*Siue ex alijs. Ex alio patre, vel ex alia matre. The.  
ἢτε ἐκ διαφόρων.*

*Pariter vocari. Vt ecce nepos & frater secundum  
gradum cognationis obtinent, nec tamen pariter vocan-  
tur.*

*Et eorum quos inter. Vet. cod. quosque inter  
suos heredes iam enumerauimus.*

*Sextu. Quid. cod. genere, ἀπὸ ἀλλογενείας.*

*Propagatus est. Nam & hic pronepos vel abne-  
pos vel ex edicto pretoris, vel ex Constitutionibus voca-  
tur inter suos.*

*Et quos. Vet. quosque.*

*Præferri debeat. Et inde proximitatis nomine ho-  
die, ea tantum successio proprie deferritur dicitur quæ iure  
cognationis defertur.*

## De successione libertorum.

*Itaque intestato. Vet. itaque intestato quoq;  
mortuo.*

*Patrono nihil. Vet. cod. nihil in bonis eius pa-  
trono ius erat. atque ita etiam legit Ioannes.*

*Adoptiuus filius fuisset. Qui suus heres non na-  
turalis est. ille qui ex iustis nuptijs nascitur, suus heres na-  
turalis est.*

*Faciebat testamentum libertus. Institutis ex-  
traneis heredibus, non institutis liberis aliqua ex par-  
te, vel per fideicommissum. l. 4. §. vlt. de bon. lib.*

*Prodesse liberto solebant. Ex eodem edicto præ-  
toris.*

Sed

Sed etiam emancipati. L. 4. C. de bon. libr. atque etiam in seruitute suscepti, vt superiore cap. §. illud certum.

Intestatus decessisset. Legendum testatus. nam si intestatus sine liberis vita decesserit, patronus in assem vocatur. l. 3. de suis & legit. hered. l. liberto. de bono. libr.

Pro omnium notione. Rectè, pro omnium notione, vt Th. διὰ τὸ πᾶσι εἶναι πατρὸν, non pro omninatione.

Centenarijs. Centenarius est, qui olim census dicebatur, de quo memini me dixisse tit. de leg. Falcid. inde centenarium est C. mille sestertiorum, val ex definitione Iustitiani C. aureorum quantitas. & ita accipiendum est, quod Sudas scribit in hunc modum: κεντηνῶν ο νόμισμάτων ποσότης, & quod alio in loco cum Prisci cuiusdam Etneseni fallacias describit, ἐκ τῆς ἑξῆς οὐ ἢ ἐξ ἑκατῶν κεντηνῶν, vbi etiam plerūq; notat de origine prescriptionis C. annorum pertinentia ad l. vlti. C. de sacros. eccles.

Testamentum fecerint. Etiam si extraneum heredem instituerint præterito patrono.

Patronis omnibus modis. Vet. cod. omnibus patronis.

Ex constitutione. Conditione ex lege, non vt olim per bon. poss. contra tab.

Vt nec liberis liberti. Exheredatis. hoc vero est contra ius vetus. l. 4. de cond. & dem.

Duarum ve vel plurium. Vet. vel duarum plurium ve.

Eodem titulo. Om. vet. cod. eodem modo, & paulò

*pauld post, seruator.*

*Penè enim. §. cumque antea. infr. de bon. poss.*

*Successiones nullæ penitus. L. 3. D. de suis & leg. her. l. 1. C. Th. de pet. her. Ulpianus l. b. Reg. Ciuis Romani liberti hereditatem & c. Valentinianus, Nou. de libertis.*

*iure quodammodo peculiij. Sicut castrensia bona filij a. intestato defuncti pater retinet iure quodammodo peculiij.*

*Inuito vel ignorante. Et ob id in epistolis ad Traianum Plinius libertis petit ius Quiritium volentibus patronis.*

*Quibusdam adiectionibus. Veluti vt qui olim per epistolam fiebat Latinus, hodie fiat Ciuis Romanus, si modo epistola subscripserint testes quinque, & similiter vt qui inter amicos fiebat. Latinus, hodie fiat ciuis, si modo interuenerint acta, & testes quinque.*

### De adsignatione libertorum.

*Aequaliter bona libertorum pertineant. Iure communi. l. 11. D. eod. Ius S. C. singulare est quod iuri publico patronum derogare quoquo modo permittit. l. 48. §. vlt. de rit. nup.*

*Nullis liberis relictis. Ad liberos non ad heredes extraneos transmittit quis libertos sibi adsignatos superstitibus fratribus. Fortè & liberis relictis & iure exheredatis. hoc ius igitur personale esse rectè dixeris, sicut & priuilegium dotis, quod mulieri datum est, & quod marito, ne supra quam facere possit conueniatur, licet placeat idem beneficium transire ad filios eorum.*

*Vt eis quos in potestate. Non etiam emancipa-*

**L** **tis,**

tis. idq<sup>3</sup> ipsa S. C. verba indicant. sed obstat l. 9. D. eod. titu. quam ego sic explicandam esse censeo. Adsignatio tunc utilis est, cum duo aut plures sunt in potestate. Si vnus tantum sit in potestate, nulla est adsignatio. Emancipato quoque remotis suis facta adsignatio nulla est. Et haec quidem omnia dubitatione carent. Dubitari tamen potest, an emancipatio postea facta adsignationem adimat? quod in hoc §. definitur. Dubitari & illud potest, an si praeter emancipatum duo existant sui, possit patronus non tantum vni ex suis, sed simul etiam emancipato adsignare? quod in illa l. 9. ita definitur, vt possit quis vni ex suis & emancipato pariter adsignare: atq<sup>3</sup> ita vt quod per se non haberet emancipatus, id per coniunctam personam habeat, vt in l. mulieri. de condit. & demonst. l. vlt. de lib. & post. Quod si vnus tantum sit in potestate, vnus emancipatus, & vtriq<sup>3</sup> fiat adsignatio, qua in persona sui nulla est adsignatio, nec propter emancipatum utilis futura est. & ita censeo.

Quibuscunque verbis patronis. manumissoribus, non omnibus patronis. Idem & praetori aliquando licet. l. 3 §. quid si necem. De suis & leg. her.

Suillo Rufo. alij Sabellio, alij Velleo: scribendum, Suillio Rufo. Plin. lib. 7. cap. 5. vel Suelleo, vt in P. Flo. scriptum oportuit. Ostorij autem Scapulae meminit Cornel. Tacit. lib. 16. in Agricola.

### De bonorum possessionibus.

Emendandi. Adde, vel potius supplendi: vt in §. media. de leg. agn. succ. vtputa cum praetor cognatos vocat, aut postumo alieno defert bon. poss. sec. tab. supplet ius ciuile non etiam impugnat. eos namq<sup>3</sup> lex nomina-

tim

tim hereditatem capere non prohibet, alio qui nec bonorum eis possessio daretur. l. non est. D. de bon. poss. Sed tamen qui supplet, etiam emendat.

Prætor emendavit. §. 1. sup. ca. 7. & §. media. ca. 2. l. 10. D. fam. ercis.

A Prætoe adiuuabatur. L. 3. de bo. poss. sec. tab. Neque impugnant. Impugnare ius videtur bon. poss. cont. tab. vt appellatio ipsa significat. nec enim contra heredem datur, sed contra tabulas, contra lignum, contra testamentum, maximè cum liberis emancipatis datur, aut patrono præterito.

Nam prætor heredem. Nam nec dominum Prætor facere potest. l. qui vsusfr. D. si vsusfr. pet. ideoq; in dominio pignoris addicendo auctoritate principis opus est. l. & eleganter. D. de pig. act. l. debitor. D. ad Trebel. & in acquirendo eius rei dominio, quam prætor possidere iussit, vsucapiane. l. prætoris. l. his qui. l. si finita. §. Iuli. §. si de vectigalibus. D. de dam. inf.

Similem iuris. Vet. similem legis.

Constitutiones principales. Idem in tutore. l. mutus. §. tutoris. De tutel. Prætorium ergo edictum non est simile legi, non obtinet vicem legis. §. hac exempli. in fr. de except. ventri prætor curatorem dedit, quia dare tutorem non potuit.

Angustissimis finibus. Suorum nēpe duxat, & agnatorum.

Prima. Prima pars, primū edictū est de bo. poss. cōt. tab. l. ideoq; l. scriptas. D. de Carb. ed. l. 2. D. de bon. lib.

Secundū tab. Vet. cod. secundū tab. testamenti & cum testamentis.

Extraneo manumissori. Cui pater naturalis filiū

L 2

suum

suum emancipauerat, non contracta fiducia, cuique iure civili legitima manumissi hereditas deferrebat, exclusa patre naturali ceterisque personis.

Præferrebat. Ne quis, ut Vlpianus ait, in Inst. occasione iuris, sanguinis necessitudinem vinceret ut alia in re. l. 1. D. de dol. mal. excep. ne cui per occasionem iuris civilis contra naturalem equitatem dolus malus proficit. & l. vlt. C. pro emp. ne quis occasionem iuris ad iniquum trahat compendium.

Sunt autem x. personæ. Totidem etiam talesque personæ ex edicto prætoris sisco præferuntur in specie. l. 1. C. de sec. nupt.

Confanguinei. Vet. siue confanguinei, siue vterini.

Tamquam ex familia. Quid. cod. Tum quaquidam, tum que, lego, Tum quem ex familia, ut sint prima edicti verba, ut in l. 1. l. si ex duob. D. vnde leg. l. 1. D. ut ex leg. l. ex illa, D. de verb. sign. & in 3. M. Tullij act. in Verrem.

Sextò Patrono, Vlpianus eodem libro post familiam patroni vocat prætor patronum & patronam, item liberos & parentes patroni & patronæ. Hic autem ordo videtur fuisse præposterus, quia patronus familia sua potior est. Et utique etiam patronus post liberos secundo gradu vocatur, familia eius quinto, ac denuò idem patronus sextò, si iam. antè omiserit bonorum possessionem vnde legitimi, quæ secundo gradu defertur, aut liberi parentesve eius qui ipsi patrono excluso ab hereditate legitima, tempore vel repudiatione ab eadem excluduntur, quia in legitima hereditate successio non est, sed beneficio prætoris ex hac parte vocabantur.

Quin-



Quinto loco. Quintò à bon. possess. contra tabulas,  
tertio à bon. possessione vnde liberi.

Contracta fiducia. Id est, quasi contracta fiducia  
etiam si nominatim contracta non fuerit. §. vlti. cap. 20  
vt iam facta emancipatione nullus alius intelligatur fi-  
lij emancipati fuisse manumissor siue patronus, quam pa-  
ter naturalis, qui vtiq; vocatur ad bona filij emancipati  
quasi patronus per bonorum possessionem Vnde legitimi  
quarto loco promissam.

Supradicta. Vet. prædicta. & paulò post, præ-  
fata.

In gradum eius. In locum scilicet quinta induxi-  
mus sextam, per quam vocantur proximi cognati.

Tanquam ex familias, Malè Theoph. Tanquam.  
vt 3. §. 1. in fin.

Vnde liberi. L. 1. vlt. D. de leg. 3.

Ad quintum tantum modo gradum. Patroni  
liberorum vel cognatorum ex transuerso.

Sufficit. Quia in legitimis hereditatibus hodie est  
successio, nec necessaria igitur est bon. possessio Vnde libe-  
ri patroni.

Merito sublata. Quia sufficit eis bonorum possessio  
Vnde cognati.

Vel Constitutione. Exempli gratia, ex Constitu-  
tione Adriani defertur hereditas & bonorum possessio  
militis capite damnati ex militari flagitio adgnatis vel  
cognatis vsque ad quintum gradum. l. 2. De vet. suc-  
cession.

Cæteris autem. Vet. cæteris C. dierum de-  
dit.

Non quousque. Aliud seruabatur in herede insti-

L 3 tuto

tuto cum cretione. nam & si intra diem cretionis repudiasset hereditatem, si supererant dies cretionis poenitentia actus cernendo heres fieri poterat. Vlp. lib. singu. Reg.

Dies vtilis. Dies vtilis sunt, quibus scierit sibi bon. poss. competere, quibusq; eam potuerit petere. His opponuntur dies continui. Edictalis bon. possess. quocumq; die peti, & de plano dari potest. Decretalis non nisi de tribunali. Decreta enim tribunal exigunt: Edictalis ordinaria est: Decretalis non item. l. filium. §. si quis contra. D. de leg. prest. l. 3. §. vltim. D. de Carb. ed. Edictales in hoc tit. propositae sunt. Exempla decretalium commodiora tradentur loco.

Currat sed quocumque. Legendum, curet, sed quocumque modo admittendi eam indicium intra statuta tempora ostenderit, plenum habeat eorum beneficium. auctores habeo libros scriptos. Indicium, id est, voluntatis signum, l. 1. C. rectè, indicium, vt græci ἐμ φασίμ. olim petenda erat solemniter. l. 1. & 2. C. Com. de suc. Pro, si admittentis, aliàs legitur, sibi admittendi. quod in Pandectis, verbum à Tribuniano pro petendi repositum est locis innumeris. Eorum, id est, principum.

## De acquisitione per adrogationem.

Per vniuersitatem successio. L. 22. in fin. de ineffic. test.

Quales sunt operarum. Hic locus est difficilis. eū se mox Theo. explicaturum pollicetur, non explicat tamen

men: errato memoria, vt opinor, qua etiam lapsus est in §. penult. de cap. dem. Quæstio est, cum adrogatione non pereat ius patronatus. l. sed si hac. §. patronum. de in ius voc. l. si libertus præterito. l. patroni. de op. lib. cur tamen operarum obligatio pereat. Loquitur de operis libertorum. seruorum enim operas capitæ deminutione non perire constat inter omnes. l. 2. de usufruct. leg. quod & de fabrilibus, pictorijs, aut alterius artificij operis mihi debitis dici conuenit. Officiales adrogatione pereunt. Officiales sunt cuiuscumque artificij operæ, quas patrono libertas officij causa præstat. l. operæ. D. de op. lib. hæ natura debentur; & ideo si eas civili iure indebitas libertus patrono exhibuerit, condictio cessat. l. si non sortem. §. libertus. de cond. indeb. & soli patrono debentur: denique soli patrono soluuntur, non adiecto. l. seruus patroni. cum seqq. D. de op. lib. non alij civilibet, nisi iubente patrono illæ quæ in artificio sunt, non heredi patroni extraneo illæ quæ nondum indictæ sunt, id est, quæ nondum cesserunt. Liberis tamen debentur, quia patroni sunt, liberis, inquam, non exheredatis, etiam si heredes non fuerint. Credo in l. pro herede. §. si quid tamen, D. de acquiren. heredi. sic legendum esse, cum petitio earum etiam non heredibus competat, vt in l. à duobus. & in l. si operarum. de op. lib. sequitur, & maximè futurarum, quia scilicet præteritarum petitio solis heredibus competit. Creditori sanè operarum petitio nõ competit. sed neque adrogatori operarum obligatio adquiri potest: quia patronus non est. Ea igitur obligatio vt adrogatione pereat necesse est: quandoquidē in adrogati personā consistere non potest, quin & adrogatori ipsa statim adquiri

videatur, & hæc est huius loci vera, ni fallor, explicatio. Illud notandum est ab officijs in iure nostro separari obsequia. rursus fabriles, pictorias, aut similes operas separari ab officialibus, quòd hæc officiij causa à liberto, illa nõ officiij causa ab alio, vel à liberto nõ vt liberto, sed vt quolibet edantur. deniq; nihil eorum, quæ de officialibus supra dicta sunt, in illis cadit. Illud etiam adijci dignum est in §. libertus pro, veluti pictorias, legendum esse, vel pictorias: vt in l. ee opera. l. quotiens. de op. lib.

Parentibus. Vet. patribus.

Rerum eius. Vet. non habent, rerum. & paulò post habet, Antecedunt.

Ipso quidem iure Id est, prætorio iure.

Consensu receptum est. Auctoritate prudētium tacitoq; consensu, vt l. 2. §. his legibus. De orig. iur. & receptum, quia exterum cum esset, id sibi P. R. adsciuit ex legibus Διτικοῖς græcorum quæ erant de adoptionibus.

Conuenitur. Vet. conuenietur. Si nomine filij. ergo non actione de peculio. hac enim actione pater tenetur suo nomine. l. 59. De solut. l. 1. §. vlt. De const. pec. ac præterea eodem nomine bona eius possidentur non bona filij. l. Fulcinius. §. si qui actione. Quib. ex caus. in pos. eat. Verum adrogatorem quoque teneri de peculio non nego. l. 42. De pec. l. pen. de adop. & nomine filij adrogati, vt d. §. si qui. & saepe in tit. de pec. id est, ex contractu ante gesto à filio. Deniq; rectè dixeris de peculio patrem teneri suo nomine vel filij nomine.

Legitimo modo ea disponere. Adrogatus autē tenetur vtili actione in solidum ex edicto de capite minutis.

De

De eo, cui libertatum causa bona  
addicuntur.

Ad Popilium Rufum. *Vel extrarium liberum hominem. nam & extrario Constitutio permittit additionem bonorum. l. 50. de manumis. test. libertatum enim publica causa est. Vel, vt Theoph. ponit, seruum hominem. nam & quidam serui erant binomes. l. 23. de manumis. & in antiqua inscriptione, M. Rhenius Tiberij Imp. seruus.*

Cuius de ea re notio est. *prator vel praeses.*

Caueris de soluendo. *Quam ob causam nec creditoribus Pauliana actio cōpetit. l. 10. §. si ex Consti. Quae in fraud. cred.*

Ita vt si. *Legendum, ita autem si, id est, ita fiunt Orcini liberti.*

Consentiant. *Princeps non accommodat suam auctoritatem in cuiusquam iniuriam sine consensu eius. l. nec auus. C. de emancip. lib. l. 2. & 5. D. de nat. rest.*

Bona agnoscere voluerit. *Creditoribus bona per sequentibus. alioquin Constitutioni locus non est.*

Qui rebus nostris attendunt. *Procuratores Cæsaris.*

Libertatis causam. *Potior est causa libertatis quã fisci.*

Ac si hæreditatis. *Vt. si hæreditas.*

Et vaneant. *Quod erat defuncto ignominiosum.*

Quid ergo. *Hic locus sic restituendus est, Quid ergo si quis int. dec. Cod. lib. ded. neque ad lit, ab int. hereditas? fauor const. deb. lo. habere. Cer-*

L 5 tè

170 I. C. NOTAE AD LIB. III.  
tè si testatus, &c. deinde legendum, Tunc consti-  
tutioni.

Nemini dubium. In intestato, dubium erat. sed  
placuit & ad eum quoque favorem Constitutionis ex-  
tendi, iuxta id quod dicitur, fauores esse ampliandos.  
idemque fauor mirabiliter trahitur ad casum §. penul.  
infr.

Abstinuerit hereditate. *Vet. cod.* abstinue-  
rit se ab hereditate quam pot. in int. rest. po-  
test admitti constitutio & bo. add. fieri. Quid  
ergo.

Reuocari libertates. *Nec patronum igitur mu-  
tari.*

Quia semel. *Quid. cod.* quæ semel. l. ergo. D. de  
fid. lib. Idem Pap. l. 50. in fin. de man. test.

Cessat hæc. *Non est, hæc.*

Vel mortis causa. *L. mortis. de manumis.*

In fraudem creditorum. *Quia si in fraudem, ip-  
so iure non valet. Conseruantur autem beneficio addi-  
tionis bonorum.*

Ex ipsius. *Vet. cod.* ex ipsa.

De successione sublati, quæ fiebant  
per bonorum venditiones, & ex  
S.C. Claudiano.

Bonorum emptio. Bonorum emptor similis erat  
bon. possessori. cum eo creditores experiuntur. l. nã post-  
ea. §. sed & si quis. D. de iureiurã. vel certa parte deci-  
dunt. l. Imperator. C. de pact. is qua forma constituatur,  
Th. refert. cui & illud adiungi potest, quod Cicero scri-  
bit

bit in hunc modum lib. 6. ad Attic. Alterum quod sine edicto transigi commodè non potest de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, magistris faciendis, vendendis, quæ ex edicto & postulari & fieri solent.

Per multas ambages. De his accipiendus est locus Cluentianæ de bonis Safinij Atellæ. namq; ea creditores possederant & distraxerant, cum tamen pecunia accepta se effecturum Stalenus promississet, ne venirent.

Extraord. iudicijs. Cùm non solemni more & certis præscriptisq; formulis iudicia exerceantur.

Ex S. C. Claudiano. Error est in Suetonio Tranquillo, cum hoc S. C. & id quod Macedonianum dicitur Vespasiano tribuit. Verius enim est utrumq; esse Claudianum, ut scribit Tacitus libr. 2. & prius quidem à me πλατύτερον fuit explicatum in notis ad Vlp. tit. de tutelis.

Cum libertate substantiam. Filij quoq; ex eo contubernio suscepti antequam ipse domino adiudicaretur eidem domino adiudicabantur. l. 6. & 11. C. Theo. ad S. C. Claud.

### De Obligationibus.

Obligatio est. Hac definitio propria est obligationis civilis, ut postrema verba declarant.

Necessitate adstringimur. Nulla est obligatio que contrahentes necessitate non adstringit. l. in vendentis. C. de contr. empt. & rectè in §. præterea cap. ultimo, nullam esse pupilli obligationem sine tutoris auctoritate. & §. si servus. c. 8. lib. sequent. nullam obligationem nasci inter dominum & servum, quam:

quamuis iure naturali nascatur, Obligatio civilis est iuris civilis vinculum. Obligatio naturalis aequitatis vinculum.

Soluendæ, Solutio fieri debet secundum civilia iura.

Summa, Summa, id est, prima, semper.

Aut certo, Legendum, certè: vt in vet. Constituta, ex uti ex pacto in quibusdam causis. Comprobata, veluti vel conuentione iuris gentium.

In quatuor species diuiditur. Legendum, deducitur.

### Quibus modis recontrahitur obligatio.

Eiusdem naturæ. Eiusdem generis.

Reddantur. Non datur mutuo, nisi quod & reddi potest in suo genere. cum Stichus pro Pamphilo datur, Stichus non redditur, sed datur. cum vinum pro vino datur æquè bonum eademq; mensura, redditur vinum verius quàm datur.

Ex meo tuum fiat. Vt nexum Varro inde dictum ait quod obligatur per libram, neque suum fit.

Quæ vocatur condictio. inde tit. De condictione lib. 12. Digest. Condictio quæ de mutuo dato proponitur, Si paret eum quam accepit mutuam pecuniã dare oportere.

Ac si mutuum accepisset. Nam & indebiti solutio promutuum est.

Commodatur. Rectè addit interpretationem. nã & vtenda datur res quæ locatur & quæ mutua datur.

Plau-



*Plautus in Persa. Nummos dares vtendos mutuos. sed mutua vsus, abusus est, non locata aut commodata. Mutuum est commodatum ad abusum. Commodatum mutuum ad vsum.*

*Remanet. Vet. cod. permanet.*

*Exactam. Malim exactissimam, vt in l. 1. D. de obl. & act.*

*Nec sufficit ei tantam. Ergo exactissimam potius quam exactam, adeo vt & culpa leuissima nomine teneatur.*

*Quantam suis. Vet. quantam in suis. & mox, potuit eam rem.*

*Peregrè tecum ferre malueris. Quo vtique genere furtum feceris.*

*Teneturque actione. Legendum videtur, qui & actioe depositi ipse de ea re. vt in §. item is cui. & §. creditor.*

*Rem furto amiserit. Latrocinio amittere, vis maior est. furto amittere, culpa. l. cum duobus. §. damna. Pro soc. l. 4. Naut. caup.*

*Quid & ipse. Legendum, qui & ipse: vt in l. 1. D. de obl. & act. Commodatarius, Depositarius, Creditor de eadem re tenetur. Debitor, id est, qui mutuum accipit, de eadem re non tenetur.*

*Quo magis pec. ei crederetur. Seneca 7. de benefic. Rebus meis in securitatem creditoris oppositis.*

*Si ad eam rem. Vet. quod ad eam rem, &c. adhiberet. In commodatario exactionem requirimus.*

*Exactam diligentiam. Rectè exactam, non exactissimam nec enim leuissima culpa nomine tenetur.*

De

## De verborum obligationibus.

Ex stipulatu. Actio ex stipulatu plerumq; generaliter accipitur & pro certi conditione. l. inter stipul. §. si rem quam. D. de verbo. oblig. l. si pacto quo pœnam. C. de pact. l. vnica, D. de rei vxor. ac stipulatum pro stipulatione dicimus. l. pecunia. D. de vsur. l. vxori. §. vlti. de legat. 3. l. 3. C. de inutil. stipul. vt transcriptum pro transactione, in l. vltim. C. si aduers. transcript. & comperendinatum pro comperendinatione apud M. Tullium. Actio igitur ex stipulatu, id est, ex stipulatione, qua agitur hoc modo: Quod mihi ex stipulatione hac dare face re oportet. Certi conditione, hoc modo: Aio te mihi ex stipulatione C. dare oportere. Actio ex stipulatu incerti est actio. l. si stipulatus sis. D. de vsur. C. de inutil. stip.

Firmum. Sunt qui & arrham dici putent πᾶρὰ τὸ ἄσβεστος, quod est firmum. Vt enim stipulatio, ita & arrha datur firmandarum obligationum gratia.

Fide promittis, fide promitto. Absent à vet. lib.

Leonina. Vet. Leoniana. vt & in l. cum lege. C. de episc. & cler. quamquam & à Leone dici possit Leonina, vt Leonina societas.

Quibuscunque tandem. Om. cod. quos in manibus habeo, habeo autem complures manuscriptos: licet quibuscumque verbis expressum est, quibuscumque, id est, τοῖς τοῦ ἄσβεστοι, non directis, non solemnibus. Si quibuscumque verbis, necesse est exprimi rem ita geri stipulationis contrahende gratia, vt in nouatione, nouandi gratia.

Con-

Confestim peti potest. Eadem die, ut miles apud Plautum, cui purè promissum aurum erat, Hodie, inquit, exigam aurum hoc.

Quam dies venerit. L. 9. ut leg. no. cau. l. 6. De comp. l. 44. §. 1. de obligat. & acti. l. qui res. §. vltim. de solut.

Priusquam is præterierit. Ac similiter non finitur tempore actio, quæ temporaria est antequam eius tēporis nouissimus dies totus præterierit. l. 6. de obligat. & act.

Annuos. Nihil interest vtrum annua, vel in annos singulos, vel quot annis stipuleris: Est autem pura stipulatio. simile etiam legatum purum est. l. nec semel D. quando dies leg. ced. præterea vna est stipulatio eaq; incerta, quòd certum & definitum tempus non comprehendat. Legatum verò est multiplex. In stipulatione semel, in legato quot annis ius capiendi inspicitur. l. Senatus. §. vltim. D. de donat causa mor. l. cum in annos. de ann. le. l. cum in annos. 1. & 2. D. quando dies leg. ced. Stipulatio perpetua est, Legatum morte finitur. l. si Stichum. §. vltim. de verb. oblig. l. si in singulos. de ann. leg. Quasi erit aliquis rationem differētiæ. & respondebitur annua legata relinqui alimentorum habitationis, disciplinæ, vestiarij, vel aliàs vt legatario consulatur. In stipulatione non alimentorum aut similis causæ rationem haberi, sed promissorem sibi potius diuisis pensionibus consulere quàm stipulatori: quo fini etiam si testator legauerit, nempe vt heredi consuleret, nihil planè distabit legatum ab stipulatione. & hoc proditum est in l. nec semel. l. si cū præf. l. Firmio. §. vlt. D. quan. dies leg. ced. Ab illis autem stipulationū formulis, ea separandæ sunt quæ sequuntur: Hoc  
anno,

anno, in annum vnum, vel in annos decem, nam ea sunt in diem. l. qui hoc. de verb. oblig. l. si in annos. D. de condi. & demonst. Vbi malè Haloan. si intra: nam qui intra decem annos liber esse iubetur, statim liber fit. l. si uia fuerit. in fin. de mand. test. quòd si in annos decem liber esse iubeatur, nouissimus decennij dies spectatur.

Pacti exceptione. Ita fit, vt quæ iure civili non tollitur obligatio, iure prætorio tollatur. Tollenda obligationis modi ex iure civili certi, ex iure prætorio incerti & infiniti sunt: In his factum exigitur, in illis non item.

Spes est debitum iri. L. in quantitate. §. magna. Ad leg. Fal. l. 3. C. de donat.

Eamque ipsam spem. Excipitur stipulatio legatorum. l. 1. §. si quis sub. Vt leg. nom. cau.

Conditio. Vet. condicio existat. In stipulationibus spectatur tempus contractus. Ex hoc iuris principio multa sequuntur, vt seruus hereditarius frustra usufru. etiam sub conditione stipuletur. l. si usufru. de stip. ser. vt filiusf. sub conditione stipulatus, & pendente conditione emancipatus fuerit, patri actio competat. l. si filiusfam. de verb. oblig. l. quæ legata. l. non omne quod licet. de diuers. reg. iur. vt seruus ad prædium domini seruitutem rectè stipuletur. l. si vnus ex socijs. de ser. rusti. vt stipulatio conditionalis conferatur. l. 2. §. id quoque. D. de collat. Vt de eo quod sub conditione filiusfam. promissum est, pacisci is non possit, l. & heredi. §. filiusfam. D. de pac. Vt stipulatio conditionalis ad heredem transmittatur. quæ omnia in legatis cessant: nimirum quia in eis non testamenti præsens tempus, sed cessionis futurum tempus spectatur.

Adiectum. Vet. cod. iniectum.

Sta-

Statim valet. Et statim agi ex ea potest etiam antequam cognouerint contrahentes eam condicionem fuisse veram, vt Stephanus sentit in l. 37. de reb. cred.

Quæ enim per rerum naturam. In præteritis vel præsentibus rerum naturam intuemur, non inscitiam nostram. In futuris inscitiam nostram non rerum naturam intuemur. nam & quæ futura sunt in rerum natura certa sunt. nihil deniq; naturæ rerum incertum est. & quodcunq; fit, id iam per rerum naturam certum erat priusquam fieret: cum & quæ futura sint, d'uvatois fit fieri: quæ tamen vetus est philosophorum quæstio. Natura autem hominum ea quæ futura sunt, penitus incerta & incognita sunt. nam & si præsentia, aut præterita complures scire possint, propterea quod iam vera sunt aut falsa, futura tamen ne vnus quidem sciat, quamuis ea prudentes viri provideant sæpè. sed aliud est scire, longè aliud providere. Alia igitur est natura rerum, alia hominum: huic futura incerta sunt, illi certa omnia & exprolata sunt.

Ne quantitas stipulationis. Quæ scilicet quanti ea res est concipitur.

In incerto. Quid. cod. incerta.

## De duobus Reus stipulandi & promittendi.

Reus stipulandi, Reus promittendi, Reus credendi, Reus debendi. l. si duo. de rec. arb. Reus satisfaciendi, Reus satis accipiendi. l. qui hominem. §. quidam. de solut.

Interroganti. Vet. interrogante.

M

De-

Decem. *Vet. quinque, & inf.*

Si respondeant. *Vet. respondeant. Vno verbo Spondeo contrahitur obligatio. Cicer. pro Caccinna, Si quis quod spopndit, qua in re verbose vno obligavit.*

Et stipulationibus. *Cum dixerit, ex huiusmodi obligationibus. frustra adijcit, & stipulationibus. legendum, & stipulantibus. ideoq; i theo. rectè vertit, καὶ τῷ ἐπερωτώσῳ, non καὶ τῷ ἐπερωτήσῳ. In proximo etiam versu legendum est, in vtraque enim. Sententia autem huius §. emendata dicitur ab Iustiniano in No. 99. quod secus est. nam No. Iustiniani dat beneficium D. Adriani eis, qui se ἀλλήλεγγύως obligant. emendant igitur l. reos. D. de duob. reis. non hanc sententiam.*

Vna res vertitur. *Aut sanè si in vnius obligatione vna res, in alterius altera vertatur, non sunt duorei debendi. eandem igitur rem in cuiusq; persona, eandem causam esse oportet, non tempus idem, non solutionis etiam locum eundem. l. 9. D. eod.*

### De stipulatione seruorum.

Seruus ex persona domini ius stipulandi habet. *Et non tantum ius stipulandi in genere. sed & ius stipulandi hoc vel illud, cum tamen generaliter ius capiendi ex testamentis alienis habeat ex persona domini, ius hoc vel illud capiendi ex sua persona, non ex persona domini.*

Ante aliam hereditatem stipulatur. *Etiam ex causa non peculiari.*

Siue sibi. *Quod tamen seruo legatur, domino lega-*

si non videtur. possit enim obtingere seruo manumisso ante diem legati cedentem. Stipulatio statim domino acquiritur.

Conseruo. Poterit etiam frater fratri, si ambo in eiusdem patris potestate sint.

Siue impersonaliter. Simpliciter l. 18. §. 1. & 2. D. eod.

Sed cum factum. Quae iuris sunt, ad dominum transeunt, quae facti sunt, non transeunt. In his quae iuris sunt, nihil interest vtrum sibi an domino vel impersonaliter stipuletur, in his quae facti sunt, contra: nam si factum sibi stipuletur, persona domini stipulatione non comprehenditur, acquiritur tamen domino obligatio. Factum in stipulatione comprehenditur si vt sibi fiat, si vt sibi facere liceat, stipulatur: exempli gratia, vt sibi ire vel agere liceat, vt sibi habere, sibi possidere liceat, id est, tenere. l. stipulatio ista. §. hi qui sunt. & §. hac quoque. de verbor. obligat. at si stipuletur sibi operas officiales, inutilis est stipulatio: quoniam soli patrono hoc factum praestari potest, neq; vlla interpretatione talis stipulatio conseruari potest. l. si operas. de stipul. ser. eadem ratione, si ipse sibi se stipuletur ab vno ex dominis, inutilis est stipulatio: atque ita legendum est in l. 2. D. de stipul. ser.

Non etiam dominus eius. L. stipulatio ista. §. hi qui sunt de verbor. oblig. & ratio haec est, quia facta in actu naturali hominum singulorum consistunt, & natura alius est dominus, alius seruus alius pater, alius filius, licet iure ciuili pro vno habeantur. deniq; facta coherens personae, nec ab alia in aliam transire possunt. l. si statulibera. §. vlt. de statulib.

Alicui eorum. *Vet. cui eorum.*

Tunc enim soli ei. *Cum seruum communem vnus ex dominis suo nomine iubet stipulari, plus valet iussum quam nomen. Cum verò seruum communem simpliciter iubet stipulari, plus valet nomen quam iussum. atq; ita rectè AZO accipiendam censet. l. vltim. C. per quas pers. nob. adquir.*

### De diuisione stipulationum.

Quæ à mero iudicis officio. *Sine iussu prætoris, sine cõuentione partium, & iudicis à prætore scilicet specialiter dati inter litigantes.*

*Aediliciæ. Continebuntur etiam Tribunicia.*

*Vtriusque partis. Id est, reorum: vt Pomp. ait.*

*Communes. Vet. cod. communes sunt stipulationes veluti rem saluam fore pupilli.*

*Vel derato stipulatio. Quid. cod. vel derato stipulatio exigitur. In quibusdam tamen, horum nihil habetur.*

### De inutilibus stipulationibus.

*Inutiles sunt quæ statim ab initio nõ valent, & pro nõ factis habentur. Sed & eæ inutiles dicuntur quarum adiectio est inutilis quod ad obligationem attinet. l. sed si tibi. de stipul. ser. sed improprie, quia ipsæ in totum vtilis sunt.*

*Hippocentaurum. Eodem exemplo Stoici vsi sunt Laertio auctore, pro re qua non est in rerum natura, & Sceptici auctore Empirico. vtitur Galenus 4. de diff. pul.*

Vel



Vel publicam rem. In vet. non est, rem.

Esse desinere potest. L. 28. de verb. obl.

Sed protinus. Protinus & inpendenti, opposita, ut illo Seneca loco, Omnia quæ ventura sunt, in incerto iacent, protinus viue.

Initio. Vet. ab initio.

Si tamen postea. Vet. cod. si postea in earum causam. earum scilicet rerum.

Sine facto promissoris. An ergo & si rei alienæ quam quis stipulatus erat, dominium stipulator nactus fuerit? sic sane, si id nactus fuerit ex causa lucratiua, nõ si ex causa onerosa.

Quæ enim Vet. quæ natura sui dom. nos. exempta in obligationem. dixit autem quæ, pro qua-tenus siue quoniam. & benè, natura sui. nam rem meam rectè stipulor sub conditione, cum aliena erit. quia etsi nunc mea effici non possit, natura sui tantum abest ut à domino meo exempta sit, ut in eo nunc sit. vel maxime. atq; ita licet, quantum ad personas attinet, ex quibus obligatio consistit, tempus contractus inspiciatur, uti dictum est titul. de verbor. obligat. non tamen quantum ad eas res pertinet, quæ in stipulationem veniunt.

Promiserit. Vet. sponderit.

Mihi aut Seio. Non contra, Seio aut mihi. l. Gaius. sol. mat. Adiectus nominatur posteriore non priore loco. l. qui res. § si seruus. De solut. Et in l. 1. §. penul. De stip. seru. legendum, proprietario aut fructuario, ex l. 28. eodem.

Etiam inuito eo. Inuito stipulatore, quia certam condicionem habet stipulatio, quam mutare stipulator

*non potest: & euenit hoc casu vt stipulatio vltro citroq̄  
pariat obligationem.*

*Rectè possit. Ante litem contestatam.*

*Ipsò iure. Si quidem id debitor adiecto soluit quod  
fuit in obligatione. nam si aliud, per exceptionem non i-  
psò iure, vt l. vlt. §. cum mihi. de verb. oblig.*

*Valet quidem. Vet. valebit quidem.*

*Dubitatum est. Dubitatum, inquam, est vtrum  
pars inutilis ad crescat vtili, pecunia deducta in stipula-  
tionem, non abs re, cum alia re deducta sit verius ad cre-  
scere.*

*Non plus quàm. Quid. cod. vt non plus quàm  
pars dimidia ei adquiratur.*

*Vox tua tanquam filij sit. Id est, ipse sibi filius sti-  
pulari videtur.*

*Filij vox tanquam tua. L. si seruus. communis. de  
dam. inf. §. post mortem. inf.*

*Tibi adquiri possunt. In castrensi peculio secus. l.  
15. §. 1. de castr. pec.*

*Veluti si quis x. aureos. Idem Caius scribit libr.  
2. Institut. Vlpianus contra in l. 1. §. si stipulanti. D. de ver-  
bo. obligat. sed hoc primùm Vlp. statuit, inutilem esse sti-  
pulationem, si quis purè interrogatus, sub conditione re-  
spondeat, vel contrà, vel si intra Kalen. Idibus respōdeat.  
inde generalem regulam proponit, Cùm adijcit pro-  
missor aliquid obligationi vel detrahit, sem-  
per ac omni casu probandum esse inutilem sti-  
pulationem esse, cum exceptione hac: Nisi sti-  
pulatori, &c. & ad hanc quidem exceptionem proxi-  
mus. §. accommodari debet, hoc pacto: vt si stipulanti tibi  
decem, viginti respondeam, quamuis ilico tibi placuerit*

*re-*

responsio, non tamē contracta sit obligatio, nisi in x. quia  
 me non de xx. sed x. interrogasti. & ex diuerso, vt ne  
 plus quisquam obligetur quā responderit. Igitur satis  
 non est, placere diuersitate responsionis, nisi responsio in  
 interrogatione, aut vicissim hac in illa insit. Vnde etsi  
 ei qui purē stipulatus est, placeat statim conditionalis re-  
 sponsio, vel ex contrario, non ideo magis utilis stipulatio  
 est: quia simplici enunciationi conditionalis, aut condi-  
 tionali simplex nulla inest. idem dicendum est, si stipulan-  
 ti intra Kalen. quintas placeat responsio Idibus. sequitur  
 apud Vlp. Sed si mihi Pamphilum. Cū verò in hac  
 specie idem statuatur, quod in superiori, cur eam exorsus  
 est à nota aduersæ sententiæ? Credo quia etsi diuersitas  
 responsionis non placeat, utilis stipulatio est propter va-  
 riarum rerum causas.

Vel si is à te stipuletur. Quia idem ab eodem sti-  
 pulari videtur.

Obligari non potest. De obligatione ciuili loqui-  
 tur, vt §. si seruus. infr. de noxal. act. nam & domino &  
 extero obligari naturaliter ex contractibus potest, ex-  
 ceptis certis casibus.

Ne quidem vlli alij. Quid. cod. ne alij quidem  
 vlli.

Non audit. Vet. non exaudit.

Pupillus omne negotium. Omne negotium in-  
 ter viuos, non negotium vltimi temporis. & rectè pupil-  
 lus. nec enim puberi masculo curatoris auctoritate opus  
 est. l. 101. de verb. oblig.

Ita tamen. Vet. vt tamen sic ubi tutoris.

Et qui infantia. Vet. & qui infanti. & pauld  
 post, sed in proximis infantibus. Aliud est non in-

M 4 telligere

telligere quid loquamur, lōgè aliud non intelligere quid agamus. Infans non intelligit quid loquatur. Proximus infanti non intelligit quid agatur. Proximus pubertati virumq; intelligit. Proximus infanti est, qui egressus est infantiam, & qui linguæ gnarus, rerum adhuc ignarus est. Proximus pubertati, qui nondum ingressus est pubertatem, sed prope eam est tamen, ita vt annale tantummodo, vel semestre tempus reliquum sit.

Propter utilitatem eorum. Utilitatis eorum causa, cum de commodo eorum agitur. l. 4. de euidt. vt tum scilicet tutore auctore obligari possint.

Nec auctore quidem patre obligatur. Quia cum omnia adquirat patri, in persona eius cessat utilitatis ratio.

Cui natura impedimento est. Et ideo nec ex huiusmodi stipulatione naturalis obligatio nascitur. l. 29. de fideiuss.

Si digito cælum attingero. Prouerbum Digito cælum tangere, Iurisconsultis vsitatissimum. Cicero. Nostris principes digito se cælum putant attingere. Ouidius. Tangam vertice cælum. Symmachus. Nec ego, vi aiunt, supera conuexa tetigissem.

Statim peti. Vet. statim petere.

Item verborum. Ceteri omnes contractus, item pacta rectè fiunt inter absentes, & fieri possunt à mutis & surdis. neq; in eis exigitur ad eò congrua responsio. l. si stipuler. §. vlt. D. de verb. obl. Sola stipulatio fit inter presentes, & inde nomen verborum obligationi. nam verba sunt presentium, non absentium. Non fit à muto aut surdo. deniq; congruam responsionem exigit.

Inter absentes. L. 8. de duob. reis.

Inutilis erat stipulatio. *Notant & Græci alium casum in l. 1. in prin. C. de rei vx. act.*

Vt ita dictum est. *Cap. 18.*

Conceptio stipulationis. Et simili modo valet stipulatio si mihi dari stipuler Kal. Febr. aut Titio Kal. Ian. l. qui res. §. mihi dare. de solut. l. vltim. de verbor. obligat.

Si scriptum. Hæc sententia sumpta est ex Paulo libr. 1. sentent. De obligat. adiecit Iustin. idem esse, si scriptum sit præstò contrahentes fuisse. §. item verborū. supr.

Interrogatione præcedente responsum sit. Si modo res gesta sit inter præsentēs. l. 1. C. de contr. stip. l. Titia. §. pen. de verb. oblig. l. 8. de duob. reis. Theoph. in tit. de lit. obliga. aut si scriptum etiam hoc sit nominatim rem gestam fuisse inter præsentēs, qui & tunc temporis in eadem ciuitate fuerint. §. item verb. supr.

Ex pluribus enim stipulat. vna. Quot sunt res tot sunt stipulationes, nec imperfecta perfectas viti-  
ant.

Alteri stipulari. Absenti. l. 3. C. de cont. stip. l. 3. C. de inutil. stip.

Inuentæ. Legendum vt in vet. Inuentæ sunt enim huiusmodi obligationes ad hoc, & quæ sequuntur. Illud notandum est hac in re promissoris & stipulatoris diuersam esse causam. Reus namq; promittendi est is, qui pro altero quid promittit. infr. de fideiuss. in prin. Reus stipulandi non est is qui alteri ad stipulatus est. quod ex Aelio Gallo Verrus Flaccus, aut Sex. Pompeius Festus refert. lib. 17.

Sed quæ sit quantitas in condic. stipul. Qua

M S condi-

condicioni stipulationis subiecta quantitas sit.

Cesserit. *Vet. cedit adm. cont. suo, & stipulatus est. mox deinde sic legendum est, esset pupillo, si malè res cesserit. vt in l. stipulatio. §. si stipuler. de verbor. obl.*

Quo suo sit. *An potius, qua sua sit? vt in l. nemo. eadem tit.*

Ex promissoris parte. *Nec mirum cum & idem sit id legatis ex heredis parte. l. 64. de condit. & dem. At non idem est in eis ex legatarij parte, quod in stipulationibus ex parte stipulatoris.*

### De Fideiussoribus.

*Fideiubere, est suo periculo fore id, de quo agitur, recipere, quod per stipulationem fit.*

Pro eo qui promittit. *Pro promissore & nomine promissoris idem est, vt pro me & meo nomine. l. 22. §. si mandauerim. Mand. Creditor fideiussorem pro debitor obligat. §. vltim. supr. c. 14. Alieno ergo nomine fideiussor obligatur, mandator autem suo nomine.*

Solent alij obligari. *Exemplo rei principalis, cuius locum fideiussor obinet. l. 4. de fideius. l. 24. C. eod. In mandatore autem aliud est. Consule obs. 22.*

Præcedere obligationem. *Mandator præcedere non sequi. l. 12. §. si post. Mandat. hic tenetur creditori actione mandati, Fideiussor ex stipulatu. Debitor vtriq; mandati vel negotiorum gestorum. l. Granius. de fideiussor.*

Et sequi potest. *Confestim vel interiecto tempore. l. amissi. §. vltim. D. eodem videbatur sequi tantum posse,*

posse, cum & sequela dicatur esse principalis obligationis. l. 93. de solut. l. c. §. pen. de institut. action. Sed in contractibus ordo temporis vel scriptura non observatur.

Singuli in solidum tenentur. Sicut reus principalis, cuius singuli locum obtinent. nisi id agatur nominatim, ut in partem tantum teneantur.

A quo velit solidum petere. Nisi is quem elegit antè iudicium acceptum offerat quòd pro parte sua sit. l. 6. lud. sol.

Diui Hadriani. Quod etiam edicto comprehensum fuisse Paulus indicat lib. 1. senten. Hoc beneficium omnibus accessionibus datur. l. vlt. C. de const. pec. cuius legis extrema ratio sic restituenda est, æquitatem enim diuisionis species actionis, ut apparet ex l. si fideiussoris. D. de fid. tut.

Qui modo soluendo sunt. Et presentes ipsi, aut procuratores eorum.

Vt pro parte in se detur actio. L. si testamento. §. quod si duo. in fin. D. eod. vel etiam ut in se data actioni in solidum, subiiciatur exceptio, si non & ceteri soluendo sunt. l. 28. eod.

Contra vero obligari non potest. In maiorem summam scilicet. in debitam enim summam obligari magis est. arg. l. si à reo. de fideius.

Contra vero non potest. Quia reus principalis qui sub conditione debet, obligatus non est. Contraria igitur ratione si in diem debet, quia obligatus est, pro eo purè fideiubere vel constituere potest. nec fuit quod Accurs. l. 4. de constitut. pec. hac in re fideiussionem separaret à constituto. Et quod ait promittere non potest, sic est accipiendum, obligari non potest  
pre-

presenti die. Ceterum existente condicione obligabitur. l. 9. de const. pecun. Obligatio fideiussoris potest esse in pēdenti. l. 35. de iud.

Generaliter hoc accipi. Propter celeritatem dirimendarum litium, vt infr. c. 9. §. item verbor.

Non solùm autem. Vet. non solùm enim.

Ita accipitur. Legendum, ita accipitur τῆ ἐμῆ πίσει κελεύω, λέγω, δέλω, siue ἐλλομαι. Sed & si φημί dixerit, pro eo ac si dixerit λέγω. vt in l. Græcè, de fideiuss. & in lib. scriptis. Ad idem pertinens l. blādītus. C. eod. nondum à quoquam ex fide bona restituta, sic emendanda est auctoritate librorum antiquorum: quòd cùm pro alio interuenires, τί μὴ, dixisti. quod optimè conuenit cum l. 1. §. si quis interroget. D. de verb. oblig.

## De literarum obligationibus.

De his nullo in loco fit mentio in Pandectis: sed de alijs tribus duntaxat. l. Græcè, §. 1. C. de fideiu. l. 1. de nouat. l. 1. §. 2. l. obligamur, de oblig. & acti. fuit enim olim perpetua exceptio non numeratæ pecuniæ: nulla igitur litterarum obligatio. Impp. eam exceptionem temporariam fecerunt, atq; ita induxerunt obligationem litterarum.

Olim scriptura. Scriptura est scriptura mensæ argentaria. l. 27. de furt. vt c. seq. & 38. de oblig. & acti. l. 4. de pign. Vlp. in Reg. Manumissus inter amicos omnia tanquam seruus adquirebat manumissori, siue quid stipulabatur siue per scripturam acceperat.

Nomi-



Nominibus fieri dicebatur. *L. si plures. de pact. l. 1. de an. leg.*

Vt & hodie. *Vet. vt hodie.*

Nascatur. *Vet. nascitur condic. cess. verbor. obligatio.*

Quinquennium. *L. 1. C. Greg. de cau & non num. pecun. vbi vulgò malè, ex cautione, pro exceptionem.*

Exceptio minimè extendatur. *§. idem iuris. infr. de except.*

## De obligationibus ex consensu.

*Vet. De consensu obligationibus. & in contextu, consensu dicitur obligatio contrahi.*

Consensu fiunt obligationes. *Fines consensu nudo, non, vt pacta, etiam tacito. At conualescunt tacito aliquatenus. l. 13. §. qui completo. & seq. locat. Fiunt & tacito ex vna parte non ex vtraq. l. 35. §. vltim. de verbor. oblig.*

Neque scriptura. *Scriptura mensæ argentaria per quam nominibus contraheretur obligatio.*

Neque præsentia. *Præsentia nomine verba, scripturæ nomina mens Gaij significauit.*

Nec dari. *Non est etiam necesse rem vllam interuenire quæ abalienetur. l. 3. de obl. & act.*

Ex equo & bono. *Ex bona fide quia contrahentes vtrunque tenentur actionibus bonæ fidei, quales etiam sunt actiones quæ nascuntur ex obligationibus re contractis, excepta conditione quæ de mutuo dato proponitur.*

*tur. Cetera stricta actiones sunt.*

*Alius promittat. Verborum obligationes quæ ex stipulatione nascuntur, vel dictione dotis, vel iureiurando liberti, sunt μονόπλευρα ex actu potius quam ex contractu: item quæ nominibus vel literis contrahuntur. Obligationes autem quæ consensu modo contrahuntur mutua sunt siue δίπλευρα. & illa etiam quæ re cōtrahuntur. excepta ea quæ mutui datione.*

### Deemptione & venditione.

*Arræ nomine. Quæ & pignus Plauto & alijs. & est igitur quasi accessio iam contractæ obligationis, iamquæ destinata mercis.*

*Completiones acceperint. Publica instrumenta tabellio conficit & in schedam primum, deinde in mundum redigit, tum subscribit suam testiumq; præsentiam, post complet ea rursus subscribens se compleisse, atque ita postremo edit ea absoluitq; contrahentibus. ita hæc distinguunt Thalelaus & Garidas.*

*Perdit quod dedit. Idem in locatione conductiõe lex Rhodia cap. 18.*

*Nihil expressum est. Quasi ex tacita conuentione.*

*Certum pretium. Certum est cuius taxata quãtitas est. l. 1. C. de rer. perm. l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod int.*

*Constaret, ne venditio vel non. Vet. cod. siue constat venditio, siue non. sic in §. actionum, infr. de act.*

*Decisio. Cuius verba pene integra Trib. ad Caium appinxit*

*appinxit in l. si merces, D. loca.*

An pretium. *Vet. an pretium esse possit, veluti an homo an fundus aut toga alterius rei pretium esse possit valdè quærebant. Sab. & Cassius etiam in alia re putant pretium posse consistere, vnde illud, quòd vulgò dicebant. & paulò post, Argumento utebantur.*

Homero. *Ex Gaiò hæc esse, hæc Seruij verba in 3. Georg. Apud maiores inquit, omne mercimonium in permutatione constabat, quod & Gaius Homericò confirmat exemplo.*

Comparasse. *Plin. ait emptitasse lib. 33. cap. 1.*

Adiuuaretur. *Vet. adiuuabatur. & val. rat. argumentabatur.*

Cùm autem emptio. *Cùm emptio & venditio plena & perfecta sit. vt autem perfecta sit, hæc requiruntur: vt si fiat scripto, compleantur ea, quæ in princ. huius tit. proposita sunt: vt si fiat ex non scripto & purè, certum sit pretium, certa merx: si sub conditione, vt existat conditio. Item si non vno pretio res vaneant, sed verbi gratia in singula iugera fundi, aut in singula gregis capita, aut in singulas olei metretas, aut argenti libras, aut in singulos eos nummos, qui mercis loco habentur, cuiusmodi sunt nummi peregrini auctore Vol. Matiano, & nummi victoriati. vt eod. lib. c. 3. Plinius scribit: si inquam ita pretium statuatur, necesse est vti pondus, numerus, mensura, exploratur & peragatur. Quòd non ita vanit, sed vno pretio, auersione vanisse id dicimus, siue  $\delta\iota\alpha\ \tau\eta\nu\ \epsilon\pi\iota\ \lambda\acute{o}\gamma\sigma\alpha\sigma\alpha\iota$ , quod scilicet quasi auersi quodammodo negotium ita contrahamus, vt omni neq. perspecta nec explorata benè.*

Longè

Longè minor. L. 70. De euidt.

Pretium soluere. Hoc ita summo iure, non ex equitate. l. si fundus. locat.

De damni iniuriæ actione. In damni iniurie, fateor, quia soli domino competit. In furti, ambigo, quia & hac sine cessione emptori competere potest. qua de re obs. 21. c. 19. Idem etiam est de actione damni infecti, & aqua pluuiæ arcendæ & quod vi aut clam, l. Iul. §. si fructibus. de act. empt.

Emptio. Non mancipatio. l. actus. de reg. iur.

Non habere ei liceat. Formula est actionis ex empto, Quod non habere ei liceat. & qua hoc casu euictionis nomine agi potest. l. penulti. quibus ad lib. procl. non lic.

## De locatione & conductione.

Locare est dare aliquid vtendum, vel faciendum. Conducere est accipere aliquid vtendum vel faciendum.

Consistit. Vet. consistunt.

Si merces. Quæ & pretium dicitur. l. si quis ante. de adq. poss. l. vltim. §. vltim. de lege Rho. & in tit. loca. sæpè.

Fulloni. Fullonis officia hæc sunt, polire, curare, siue, vt Vlp. dixit in l. 2. D. de cond. sine cau. lauare. Politor κνραφεύς, curator λευκων πύς, siue πλύτης dicitur ab Th. in §. vlti. mand. & §. item si fullo. de obli. quæ ex del. nasc.

Præscriptis verbis actio datur. Datur hæc actio, etiã si prius fecerit fullo aut sarcinator, quàm merces

res daretur vlla, nimirum quia ita res ab initio gesta fuit, dabo vt facias, non faciam vt des. Huic actioni nomen est ex eo quod datur ex prescripto conuentionum, vel proinde vti conuenerit, si conuentio scripta non sit. l. 1. §. si quis seruum. depos. l. si dominus, de presc. verb. Est igitur prescriptis verbis, id est, τῶν προγεγραμμένων συμφώνων actio. sic enim ab Constantino nuncupata est in libr. 2. Epit. tit. 3. ex quo apparet, non omnem in factum actionem, & prescriptis verbis esse: si quidem non omnis actio in factum ex conuentione descendit, omnis tamen actio prescriptis verbis ex conuentione descendit.

Contraheretur. Vet. contrahatur.

Vtendam. Vet. tibi vtendam siue fruendam qui dederit, & inuicem à te aliam vten. siue fr. acceperit.

Sed proprium genus. Vet. sed proprium genus esse. sic in l. rogasti. D. de presc. verb. & inde actio propria, id est, prescriptis verbis in questione l. petenti. D. de pign. act. in qua nec ad exhibendum est actio, quia creditor rem non tenet: nec commodati, quia non gratuito, sed res obliganda data est fatis actionis specie. Vt igitur nouum ac proprium est negotium, ita & propria actio.

Alterius bos. Non est, alterius, & paulò post, scribendum, neque locati vel conducti.

De prædijs quæ perpetuò. Ius ἐμφυτευτικόν ius prædij est, quod & ἐμβατευτικόν dicitur in l. sed si pecunia. §. si res. D. de reb. eo. Est autem, vt vulgò dicitur, ius ἐμφυτευτικόν vel ἐμβατευτικόν, ius perpetuum. quinimò temporarium esse potest. l. vltim. D. si

N

ag. vect.

ag. vect. id est, emphyt. pet. videlicet si non ad modicum tempus praeiusta fruenda tradantur. sic enim haec verba, ad tempus, in ea lege interpretes accipiunt, argumento superficiarij. l. 1. §. quod autem, de superfic. & rectè, nam idem ferè ius est superficiarij & emphyteuticarij. Vterq; in rem actionem habet & Publicianam, & Vt i possidetis, vterq; seruitutem imponere potest, vterq; possidet, vterq; nouum opus nunciare potest, vterq; ius alienandi, vterque seruitutum vindicationem habet: ille tamen in sola superficie, hic in vniuerso solo ius habet. Locationes ferè vt à censoribus, ita & à priuatis in lustrum fiebant, vt non frustra Iustin. in Nou. 120. nominatim ecclesiae Constantinopolitanae permiserit locationes ultra lustrum. atq; eo fit, vt putem eas locationes, quae lustrum egrediuntur, ius superficiarium vel emphyteuticarium constituere.

Ad venditionem. Zeno dixit, Alienationem. & ex eo quidem apparet alienandi verbo propriè venditionem significari.

Hoc ita. Vet. hoc ita statuit.

Naturalis. Placet vt scribamus, natura talis. vt in l. si constante. §. si maritus. D. sol. mat. sic in l. erit, D. de fundo do pro dotalis, scribendum, dotis talis. Vt, inquit, ambulatoria est talis obligatio dotis, nempe disiunctiua, ita & potestas legis Iuliae.

Quin locatio & conductio fit. L. 22. §. cum insulam. Locat. l. 20. de cont. emp.

Conductor autem. Autem, abest à vet. lib.

Heres eius eodem iure. Quamuis conductor non sit. l. cum in plures. §. 1. eodem idem verò seruatur mortuo locatore, nisi fructuarius fuerit vel maritus,

tus,

ius, qui fundum fructuarium aut dotalem locauerit.

## De Societate.

κοινωνία. aliter κοινοπραγία. hæc sola ius fraternitatis inducit & beneficium ne alter alterum plus quam facere possit, condemnet.

Mancipiorum vendendorum. Hæc est quæ vanalitiaria negotiatio dicitur, & quam vanalitiarij inuent. l. iustissimè. §. 1. de edil. edict. de q̄, hac accipiendus. §. Labeo. l. 65. pro soc.

Contra naturam societatis. Quæ talis est, vt commutationem & equalitatem in se habeat. Serua autem rationem Q. Mucij namque eadem ratione, non omnino tuendum est pactum, ne pignus distrahatur. l. 4. de pign. act. vel pactum ne ante certum tempus precarij reuocare liceat.

Cuius sententia præualuit. Quem etiam Q. Mucio Cicero anteponit. in Bruto.

Alter non conferat. Cicero pro Roscio Amerino. Non esse captiosam aut iniquam societatem, vbi alter corpus, alter disciplinam in societatem adfert.

Quia sæpè opera. Celsus ait in l. cum duobus. §. si incoeunda. D. pro soc. Pretium operæ artis est velamentum. quæ verba obscura sunt. Credo Celsum dixisse, κατ' ἀσύνδετον. Pretium enim operæ artis, quomodo & pleraque alia in Pandectis præsertim Ethruscis scripta sunt. Velamentum autem (vt in alijs plurimum dictionibus accidere ostendi in titu. de seruit. sup.) præpostero litterarum ordine scriptum pro leuamētum.

tum, atque in vetustiss. Codice prorsus ita se legisse mihi confirmavit Arnol. Ferronius senator Burdegalensis cū iuris civilis, tum omnium disciplinarum cognitione eruditissimus. proinde hic erit sensus: In ea etiam societate quam quis ita contraxit, ut ipse pecuniam, alter autem operamūe conferret, ab ipso culpam præstari: quod æstimatio, siue pretium artis vel operæ ei sit leuamentum nõ mediocre, atq; adeò quod ita contracta societas ipsius quoq; utilitatem respiciat. Vsus est eadem voce Vlp. in l. 3. vlt. D. si fam. furt. fec. dic.

Conuenienter fieri existimauit. Om. vet. cod. conuenienter sibi existimauit. quod Græco more dictum est, ut in l. vlt. de bon. dam. l. in ratione. §. si filio. ad leg. Falc. & apud M. Tullium, conuenienter natur viuere, ὁμοίως ἑαυτῶν, ἀπολλύδως ἑαυτῶν.

Quod tamen ita. Hic versus ad ea omnia pertinet, quæ superius dicta sunt è Seruij sententiâ contra Mucium, ut constat ex l. Mucius. D. eod. tit.

Lucro esse. Vet. lucri esse.

Ut obueniens. Obuenire dicitur quod defertur, nondum acquisitum est. l. 65. §. diximus. D. eod. l. 130. de verb. sig.

Totorum bonorum socius. Qui & futurorum socius est. l. 3. §. 1. d. l. 65. §. diximus. l. 73. D. eod.

Quod non captauerit. Captatoria renunciatio non valet: Captatoria scriptura non valent: deniq; vix est ut captatorium quicquam iure nostro sustineatur. Captatoria scriptura definitio ab Socino primùm explicata est, quem deinde pleriq; omnes secuti sunt. nondū tamen quisquam, quod in mentem tibi venit P. Faber,



animaduertisse videtur, circa l. illa. D. de her. inst. quod hoc in loco, & si alienus videatur, ut qui liber it ad te, in eo etiam ipse possis aliquid propriè tuum agnoscere, adnotare non pigebit. Superest, ut ais, in l. illa, vox MAE VIVS. Nam & si in futurum ita concepta sit institutio, Qua ex parte me Titius hæredem instituit, ex ea parte Mæuius hæres esto, certè captatoria institutio non est, l. clemens. §. vltim. D. de her. insti. mirari quæ Constantino Ant. Augustinum exemisse vocem  $\mu\alpha\upsilon\lambda\omicron$ , & vocem Mæuius retinuisse in l. illa. quæ animaduersio rectissima est. Etiam illud adiungis perperam Constantino eum addidisse  $\tau\omicron\epsilon\grave{\epsilon}\gamma\omicron\upsilon\tau\omicron\alpha$ , siquidem eo in Constantini loco d'è articulus  $\alpha\upsilon\tau\iota\ \tau\omicron\ \alpha\ \mu\alpha$  est, ut apud Aristotelem & Platonem sæpè, quod perspicuum est.

Eligit. Nec æquum est ut inuitus socius efficiatur eius quem non elegit. l. 65. §. societas. eod. Vel. elegit. & in vers. publicatione, succedit.

Soluitur societas. Societas bonorum scilicet. Qui enim nulla bona habet, non potest alij esse socius bonorum,

Negligentiæ nomine quæsitum est. Quidam enim existimabant eum tantum doli nomine teneri, idque Paulus innuit. l. 15. §. non tantum. Fam. ercis. Contra Celsus, cuius sententia prævaluit.

De se queri. Scribendum ut in vet. de se queri. hoc est, sibi imputare debet.

Sibi imputare debet. Hæc verba antiqui interpretis sunt, non Gaij.

## De Mandato.

N 3

Quid.

*Quid. vet. cod. De mandatis.*

Superuacuum est. *Serua, ex superuacua conuentione obligationi non nascem.*

Volente te agere. *Est enim in electione tua, quem prius conuenias, fideiussorem an reum principalem, secundum ius quod obtinuit ante No. Iustiniani, vt §. inf. de satisfat.*

Aliena autem tantum. *Non est, tantum, in lib. vet. sic & in §. tua scribendum est, Tua gratia interuenit.*

*L. 22. §. interdum. l. 45. §. vlt. D eod.*

Pecuniam crederes. *Vet. quod si sine vsuris crederes. est autem legendum, quod si sine: vt in l. 2. D. eod. & in Græco, εἰ χωρίς τόκων.*

Cui mandabatur. *Quid. vet. cui dabatur. & sic est in l. 2. D. eod.*

Hortatus fuerit. *Hortari est consulere non mandare. l. si à reo. §. vltim. de fideiuss. l. 20. de his qui not. infami. §. oper. c. 1. lib. sequent. non iubere. l. 20. de dolo,*

Eam tibi. *Vet. tibi eam. & paulò ante, magis consilium est quàm mandatum.*

Volueris inutiliter. *Vet. velis, inutiliter te a-*  
*urum. Diuersæ.*

*Integra res sit. L. 25. §. vlt. de adq. poss.*

Mors alterius. *Naturalis vel civilis. l. cum quis. de solut. l. post litem. de procur. quod etiam obtinet in cessitia tutela.*

Soluitur mandatum. *Nisi sit factum in rem mandatarij, veluti donato aut vendito nomine l. 1. C. de obl. & act. l. illam. C. de donat.*

Posse

Posse te agere mandati actione. L. 65. §. quod si  
 integris. Pro soc.

*Stricta.* *Stricta iuris rationi, id est, stricto iuri ad-*  
*uersam facit utilitatem. ex quo apparet utilitatis nomē*  
*in libris nostris aequitatem & ius gentium significare, ex*  
*qua etiam utiles actiones nomen acceperunt. l. quia acti-*  
*onum. de præscrip. verb. l. seruitutes. §. si sublatum. de*  
*ser. verb. l. si longius. in fin. de iudic.*

Dicamus. *Vet. dixerimus.*

## De obligationibus, quæ quasi ex contractu.

Quæ quidem. *Vet. quæ non propriè quidem*  
*ex contractu nasci.*

Quasi ex cont. nas. videntur. *Quasi ex cōtractu*  
*inuoluntario. l. 4. C. de usufr. & ideo etiam ignorantes*  
*obstrictos tenent.*

*Utro citroque. Contractus est negotium, ex quo*  
*mutua obligatio mutuaq; actio nascitur: & ea quidem*  
*actio vel utrimque directæ est, vel hinc directæ, illinc cō-*  
*traria. Directæ, id est, principalis: Contraria, id est, quæ*  
*principalis non est, sed ex contrario in eum datur, cui*  
*principalis actio competit. Aut igitur vno tantum ex la-*  
*tere principalis est actio, aut utro citroq;. Contraria a-*  
*ctio principalis non est, quia ea indemnitati dumtaxat*  
*cōsulitur: quamobr em nec famosa est, nec in ea iuratur*  
*in litem. l. ei apud quem. D. depo.*

Quod quis. *Vet. quod quisque.*

Gessit negotia. *Rectè vet. lib. gesserit negotia,*

N 4

habet

habet obligatum dominum negotiorum : ita & contrà *sed directa actione, non contraria*. Directa datur ei cuius negotium omne id, pontificiumq; est.

Diligentior est. Non est, eo.

Obligati esse. Postrema dictio abest à vet. & paulo post ita legitur, Et hoc autem casu. vt in l. 4. de oblig. & act.

Inter tutorem & pupillum. L. vltim. Rem pup. sal. for.

Qui coheredi. Vet. qui coheredi suo. finium regundorum non est in personam, nisi ex melesicio. Comuni diuidundo & familia erciscunda sunt in personã quasi ex contractu. Petitio hereditatis, qua etiam mixta est actio, est quasi ex contractu.

Qui accipit obligatur. Nimirum ex promittuo.

Repeti non posse. Puto quia qui ex his causis soluit dum vult vitare dupli periculum, cum aduersario transegisse presumitur.

Quæ certa constituta. Seruari incertis legatis non posse iniri rationem dupli, sicut nec in incertis casibus rationem eius quod inter est in duplum.

Tantummodo in ijs legatis. L. 45. C. de episco. & cler.

Quæ religionis. Religionis, veluti ecclesijs aut monasterijs, pietatis, veluti Xenodochijs, Orphanotrophijs.

Honorantur. Vet. cod. honorificantur.

Per quas personas nobis obligatio acquiritur.

Quod

Quod per seruos. *Vet.* quod per seruos quidem nobis.

Nostra discreuit Constitutio. *Rectè, discreuit, ut Th. d. i. c. i. v. e. non, decreuit.*

Patre a<sup>ct</sup>ionem. Ex profectitijs causis filio vtilis actiones dantur absente patre. Ex aduenticijs si pater vsufr. respuat, filius agit consensu patris: si amplectatur, ipse agit consensu filij (idq<sup>3</sup> Consti. Iustiniani indicat in §. & filius. & §. vbi autem in vnum) vel etiam filius absente aut permittente patre, ut rectè Accu. noster adnotauit in l. si longius. de iudic. Restat ex causis aduenticijs communes esse a<sup>ct</sup>iones: proinde vtrinq<sup>3</sup> rati habitio exigitur, exemplo de dote a<sup>ct</sup>ionis, quæ iure antiquo communis est patris & filia. nec enim similis est pater tutori, curatori, syndico, & alijs quibusdam, qui non explorato aliorum consensu agunt. Pater enim non agit ignorante filio, vel si agit, ideo cauet de rato.

Ex operis. *Vet.* ex operibus.

Vel vsufr. Abest à quibusdam libris, idq<sup>3</sup> probabilius est.

Ex duab. istis caus. nob. acquiritur. Et ex operis quidem si vsufr. habemus, siue locauerimus eius serui operas, siue seruus se ipse locauerit, si vsufr. nudum, nõ nisi se ipse locauerit, ut Th. ex veteri, ut opinor, prudentia tradit. & verum est. nam vsuarius operas serui locare non potest. l. 12. §. vlt. l. 14. eod. Vt autem pro operis ei mercedem imponere potest. l. 13. eod. cur non possit etiam ex operis eius capere mercedem.

Quibus modis tollitur obligatio.

N 5 Tol

Obligatio tollitur. Ipso iure. Certis enim modis ipso iure tollitur. Per exceptionem innumeris.

Tollitur autem. Aliàs, soluitur autem.

Omnis obligatio solutione. Civilis & naturalis, principalis & usuraria, aut fideiussoria. l. 77. de iure dot. l. 59. de condi. indebi. & plerumque etiam hypothecaria. denique omni actione debitor liberatur. l. 2. §. si pecunia, in fin. Depos. & solutio, totius obligationis dissolutio est. l. ex pluribus, de solut. Solutio est naturalis datio. Acceptilatio, nouatio, delegatio civiles solutiones sunt: propriè autem satisfactiones dicuntur. huc pertinet l. solutam. D. de solutio. Pertinet ea lex ad hypothecariam formulam, cuius condiciones ea sunt, si soluta est pecunia aut satisfactum. sic enim edicto Seruiano comprehensum est. & ea quidem condiciones in ea lege sic explicantur, vt soluta sit pecunia quæ numerata est, vt satisfactum sit, si acceptum latum sit. At satisfationis verbo lex vtitur non satisfactionis. Satisfacere autè propriè est fideiussores dare: satisfacere latius pertinet. Verùm enim satisfationis nomine interdum satisfactio significatur. l. satisfationis, de verb. sign. vt in l. 2. pro her. l. promissor. §. vlt. de const. pec. atq; ita satisfationis verbum in l. solutam, accipi conuenit: vt sit sensus, si accepto latum sit solutam pecuniam non videri, quod etiam l. promissor. confirmat. Veruntamen satisfatum. i. satisfactum videri. Solutionis quidem, inquit, verbū non proficiet, vt in superioribus casibus, quibus dixit solutionem proficere: sed satisfationis sufficit, vt sublata videatur hypotheca obligatio. Quid autem est quod ait, vel sine stipulatione accepta sit. scribendum reor, vel si sine stipulatione acceptilatum sit. Superiore casu ipso

ipso iure utilis est acceptilatio, propterea quod verborum obligatio processit, cuius nomine hypotheca, de qua quaeritur, obligata erat. Hoc casu ipso iure inutilis est acceptilatio: quia acceptilatio solam stipulationem tollit. at tamē doli aut pacti exceptio competit. l. cum emptor, de resc. vend. l. an inutilis. l. si acceptilatum, de acceptil. & ideo satisfacisse is etiam videtur, cui sine stipulatione acceptum latum est. Restat igitur pacto hypothecam solui. l. s. quib. mod. pig. sol.

Nec interest. Vet. nec tamen interest. & pauld post, Siue sciente debitore, siue ign. vel inuito solutio fiat.

Imaginaria solutio. L. 16. de accept. l. non solum. §. 1. de lib. leg. Hac imagine solutio est. l. 16. de solut. illa, reapse, solutio naturalis. l. vlt. eod. C. ad exhib. Illa fit re, hac verbis: Illa naturalis, hac civilis est. Seneca lib. 6. de benef. Omnis, inquit, solutio nō idē reddit, sed tantundem: nam & pecuniā dicimur reddidisse, quāvis numeravimus pro argenteis aureos, quamvis nō interuenerint nummi, sed delegatione & verbis perfecta solutio sit.

Exigi. Verbum, exigi, demendum est, ex lib. scriptorum auctoritate: quod mihi consuetum fuisse videtur ex proximo verbo *exigere*.

Sed & id quod. Vet. sed id quod ex alia causa. & prox. vers. in partem debiti.

Renouat. Vet. nouat.

Dare facere. Dare, vt dare C. aureos. facere, vt suscipere in se obligationem. l. si mandato. §. quotiens. D. manda. Oportet, praesens tempus significat, & ideo adijcitur, oportebit. l. si stipulat' fuerim. §. 1. l. si a colono, l. cū stipulamur, de ver. obl. quae verba ea quae sequuntur, expli-

*explicant, præsens in diémue. addidere quidam, aut sub conditione: non malè: nam & quod sub conditione debetur, acceptilatione tolli potest. l. quod in diem. de acceptilat. l. sub conditione. de solut. sed tamen ea non habentur in vet. lib. in Theph. ac ne quidem in l. & vno. de acceptil.*

*Aduersus te petitio. Alias, abs te petitio.*

*Numerius Negidius. Hac nomina in formulis solebāt vsurpari, vt in formula de iniurijs. Quod Numerius Negidius illum immisit Aulo Agerio infamandi causa. Negidia. l. si mihi Mauia. de leg. 3.*

*Quod Numerius. Redè vet. lib. Item ex diuerso Numerius Nigidius interrogauit Aulum Agerium, Quid quid tibi hodierno die per Aquistipulationem sponendi, id omne habesne acceptum? Respondit Aulus Agerius. Habeo, acceptumque tuli.*

*Nouatione tollitur. Qua & solutioni similis esse dicitur. l. si rem. §. vltim. de nouat. Solutionem fieri per numerationem vel per nouationem. l. 21. §. Lucius. in fin. de ann. leg.*

*Si id quod tibi Seius. Vet. si id quod tu Seio debebas, à Titio dari stipulatus sit atq; ita scribendum esse sequentia indicant.*

*Titio debes. Vet. Titio debeas. lego, debebat, vt supr.*

*Nulla est. Ne naturalis quidem, nimirum quia pupillus animi iudicio caret. l. quod pupillus. de cōd. indeb. l. pupillus. de oblig. & acti. sed tamen si pupillus factus sit locupletior, iure naturali obligatur, vt ait l. naturaliter. §. vlti. & l. prox. de cond. indeb. Addatur etiā l. cum illud.*



illud. §. heres. quando di. leg. ced. si quidem in ea Flor. legitur, accepisset, locupletior: vbi tamen ex priori dictione repetita syllaba legendum est, accepisset & locupletior: vti fit in l. ita tamen. §. 1. ad Treb. & alibi passim. Nulla autem est posterior obligatio, quia non civilis. naturalem tamen esse ponendum est. atq; ob id etiam quasi in causam quodammodo nouationis translata fuerit, prior obligatio, iure pristino cum debitore agi non posse.

Ac si post. nul. stipul. fuisset. Quia & in seruū extra causam peculiarem naturalis obligatio non cadit.

In posteriori stipulatione. Vet. in posteriorē stipulationem.

Aut detrahetur. Aut pignus vel pœna, vel si debiti quantitas augeatur, aut minuat, vel si nouum chirographum fiat, vel si conreus promittendi adijciatur aut detrahat.

Durat prior obligatio. L. 4. in fin. de vsur.

Cum nouandi animo. Et hoc est quod dicitur, Si hoc agatur, si hoc actum sit, in l. 2. l. 6. l. si Stichum. §. 1. & §. si quis ita. & §. vlt. de nouat. l. si vnus. §. pact. de pactis. Quod tamen dicitur in l. si rem aliquā. §. si duo. eod. tit. Cum id specialiter agit, Iustiniani est: à quo id constitutum est, vt nisi id specialiter agatur, ἀναβατέως (sic enim legendum in Const. Iustiniani ex vet. lib.) causa procedat.

Tunc solum nouationem prioris obligationis. Hæc subditicia sunt, prioris obligationis.

Alioquin manere. L. innouatam, vt l. cum notissimi. §. pen. C. de prescrip. 30. an.

Con-

Contraria voluntate. Et pacto. l. ab emptione. de pact. l. 2. C. quand. lic. ab empt. dis. l. 3. de resc. vendi.

Dissoluuntur. Et quidem tota. l. 25. §. vltim. de solut. nec nec naturales remaneant, sicut & superioribus modis.

## AD LIB. IIII. INSTITVTIO.

MVM DN. IVSTI-

NIANI.

## De obligationibus, quæ ex delicto nascuntur.

**E**T quasi ex maleficio. hæc omnia obliteranda sunt.

Veluti ex furto. Rectè vet. lib. veluti ex furto, aut rapina, aut damno, aut iniuria. hæc verò sunt priuata maleficia quatuor: alia aut sunt publica, aut popularia, aut extraordinaria.

Furtum est. Solius possessionis furtum fit. l. 1. §. Scauola. D. si quis test. lib. Qui rem alienam quam non tenet aufert, possessionis furtum facit: Commodatarius qui re commodata diutius vitur, vel qui ea ad aliam rem atque accepit vitur. Vfus, id est, naturalis possessionis: Depositarius si pro suo possidere instituat eam rem, quã iure depositi tenet, ciuilibus possessionis: Debitor qui pignus contrectat vel hypothecam distrahit, naturalis possessionis furtum facit. Solius igitur possessionis furtum fit. Et id verò nec fraude fit, nec contrectatione, sola, sed contrectatione fraudulosa. fraus in eo versatur, vt quis possessione-

sessionem sibi habeat: *Contrectatio in oe vt res loco mo-  
ueatur. l. 3. §. si rem. de adq. posses.*

*Contrectatio rei fraudulosa. In Digestis addi-  
tur, lucrifaciendi gratia, vt l. 4. §. ideo Labeo ait. l. non  
solum. §. quod vulgò. de vsucap. l. 2. §. . Pro here. Lucri  
sui causa. l. 22. Rer. amot. quæ pro interpretatione sunt  
verbi, fraudulosa.*

*Vel ipsi rei. Proprietatis. l. inter omnes. §. si seruus.  
l. furtiuam. de fur.*

*Vlus eius. L. si pignore. §. 1. eod. vel vsusfr. l. cum as.  
§. 1. & d. §. si seruus.*

*Legenaturali prohibitum est. Probrum. l. pro-  
brum. de verbor. sign. nimirum à prohibendo, quasi pro-  
hibitum.*

*Clam & obscure. L. 28. §. si quis iurauerit. de iu-  
reiur. l. 8. §. 1. Arb. furt. cas. §. 1. & §. vlt. cap. seq. Rapi-  
na fit palam.*

*ἐπαυτοφώρῳ appellant. Vt Plato in apol. Soci-  
ῶς ἐνταῦθα ἐπαυτοφώρῳ καταληφόμευθ quod  
& de deprehenso in quocunq; alio crimine dicitur, vt  
No. Leonis. περι, τῷ ἐπαυτοφώρῳ ἀλόντῳ μοιχῶ.  
Dionys. 6. ἐαλωκόταξ ἐπαυτοφώρῳ κατασκόπηξ.*

*Quo furtum fit. Vet. quo fit: veluti qui domi  
furtum fecit. & paulò pòst, aut vincto fur depre-  
hensus fit.*

*Fur tenens visus. Et ideo in specie l. cum in plures.  
& messem. Locat. colono competit actio furti manifesti  
nisi legendum insciente pro inspiciente.*

*Vel ab alio. Gerente negotium domini, non à quo-  
libet alio.*

Vel

Vel deponere destinaſſet. *Vet.* ac deponere reſtinaſſet.

Quamuis fur non ſit. *Vtpote ignorans. l. 8. C. ex quib. cauſ. inf. irrog. idcirco & furri oblatis eidem actio competit, quæ furi non daretur.*

Scilicet concepti. *Vet.* id eſt. concepti.

Obſeruationem non fiat. *Furtorum quaſtiones cum lance & licio euanuerunt. Gell. lib. 16. c. 10. In Vet. autem libris hoc in loco ſcriptum eſt, non ſit.*

Maniſteſtum ſit. *Vet.* Maniſteſtiſſimum ſit.

Quadrupli eſt. *Quadruplicis pecunia. Plaut. Curculione.*

Tam ex ſerui, quàm ex liberi. *In ciuilibus acti- onibus furri maniſteſti liberi ſeparantur à ſeruis, vt au- ctor eſt Aul. Gellius lib. 11. non tamen in pratorijs. Vti- mur autem hodie pratorijs non ciuilibus.*

Si quis argentum. *Exemplum eſt ex l. 1. §. is verò. de obl. & act.*

Qui in aciem. *In aciem ſanè non potuit eum per- ducendo in periculum deducere amittendi eius. Sed ne- que qui Roma in Ariciam acceperat, eum potuit vltorius perducere. & videtur hoc loco ex Valerio & Symma- cho legendum, qui Ariciam acceptum equum longius perduxiffet.*

Subriperet & ad eum perferret. *Vet. cod. sub- riptat & ad eum perferat, & ſer. id ad Mæ. pert. (Mæuius dum vult Titium in ip. del. dep. per- miſit ſer. quas res ad eum perferre) vtrùm, &c. In hac verò ſpecie nec furtum commiſſum videtur, nec ſeruus corruptus eſt: furri tamen & ſerui corrupti actio competit.*

Calli

Calliditati obuiam euntes. *Calliditatem Titij intelligit siue κακουργίαν, quæ impunita esse non debet.*

Sancimus. *Vet. cod. sanximus. sic etiam legendum est in l. 8. C. de testibus. & l. 1. C. de numerari. & acti. non sanciuimus : auctoribus eisdem Codicibus.*

Non concurrant. *Vet. non currant regu. quæ ser. cor. act. introducerent.*

Perpetretur. *Videtur legendum, pertentetur, vt in Constit. Iustiniani.*

In potestate nostra. *Vet. in pot. nos. sit. & in §. prox. aliquando etiam suæ rei furtum quisque committit.*

Subreptus fuerit. *Et actione furti duplatur id quod interest, veluti lucra acquisitionum.*

Subtraxerit. *Furti nec manifesti. l. 34. de furt. aut propria actione, Ope consilio tuo furtum factum esse do duplum. l. vlt. C. de nox. act.*

Interdum quoque. *Particula quoque, abest à vet. lib.*

Furti tenetur. *Quæ & ob furti. vitium vsucapî non potest si eam alij non vendiderit, quia auelli ei potest.*

Tibi obstiterit. *Fortè obtentu togæ tanquam se amiciens ne rem tuam videres auferri, vt Sabinus refert eum quoq; qui eadem astutia obstitisset ne fugitiuus à domino videretur cum fortè præter oculos domini iret furem indicatum, quasi celatorem fugitiui. scilicet vt l. 1. in prin. de fugi. l. 22. §. fugitiuus. Mand l. 36. §. vltim. de fur.*

Eas acciperet. *Vet. eos exciperet.*

Panno rubro. *Seneca libr. 3. de ira: Taurum, inquit, color rubicundus excitat, ad umbram aspis exurgit, vrsos leonesque mappa proritat. Theophylactus in epist. ἐγυθρῶ ῥάκη τὰ Βυκόλια διατάραξε. Ovidius 12.*

*Haud secus exarsit quam circo taurus aperto,  
Cum sua terribili petit irritamina cornu,*

*Phœniceas vestes. Plutarch. Περὶ Ἀλεάνδρου τῦ.*

ΧΗΡ.

*In factum. Non furti quæ famosa est. In factum non est famosa. eadem distinctio & in maioribus delictis observatur. l. 4. §. 1. ad leg. Corn. de sicar. In factum prætoris: aut si præcipitata sunt pecora in factum civilis.*

*Cuius rei. Non est, rei.*

*Consilium dedit. Qui consilium dedit, furti non tenetur, nisi consilium etiam effectum habuerit, id est, nisi furtum factum fuerit. l. sæpè. §. vlti. de verb. signi. l. qui seruo. §. 1. & §. idem Pomp. l. si quis uxori. §. neque. de furt. factum etiam consultor ita rectè convenietur, OPE CONSILIO TVO FVRTVM FACTVM ESSE AIO. nam huius formulæ sensus hic est, ope aut consilio. Quinetiam in l. qui seruo. is qui tantummodò non consilium dedit, opem consilio tulisse dicitur. & in l. proinde, de cond. furt. ei non condici, cuius ope consilio furtum factum est, quod ad eum duntaxat pertinet, qui consilium dedit: quia enim is, qui opem tulit, non multum abest ab eo, qui contrectavit, ei condici potest. l. sæpè. In hoc etiam §. ex libris scriptis probatioribus sic legendū est, Qualis est cuius ope consilio: Tum deinde, Ope consilio eius: & in §. prox. si verò ope cōsilio. Inde illæ antiquorū notæ O. c. quas Pet. Diaco. (nisi*

(nisi mendosus est liber eius de notis) sic male interpretatur, Ore cōcilio. De hac aut actione, Ope cōsilio, in l. si seruu. §. si quis manu. ad leg. Aquil. si, inquit Vlp. ad aliquem peruenerint, Ope consilio furtum factum agendū.

Faciunt. Vet. illis faciunt.

Furti actio non nascitur. Directa non nascitur: Vtilis tamen in factū nascitur aduersus filium fa. militē, hoc est, nō πῆξι κλοπῆς, sed πῆξι ὑποδείξεως, eadē pater tenetur filio fa. militi, mater filio, filius matri. l. si quis uxori. D. de furt. frater fratri, vt Const. scribit lib. 1. Epit. quod probo: id enim officiorū & honestatis ratio exigit, quae eam quoq; iuris regulā extorsit, vt ne frater fratrem capitis reum accerseret. l. si magnum. C. qui acc. nō poss.

Conuenienter ille furti tenetur. ἀκολούθως, vt lib. 3. cap. 6. & 25. & §. thesauros, lib. 2. cap. 1. & conueniens ἀκόλουθον. §. 1. c. sequen. & d. §. thesauros. Et ille, id est, qui opem consilium dedit, non seruus aut filius famil.

Furti actione. Vet. lib. non habent hic, actione. nec in §. fulloni, actionem. Creditori, conductori, colono, mandatario, bonafidei emptori & possessori, commodatario, vsuario, fructuario, inspectori, & depositario interdum, atque etiam ei qui precario rogauit, furti actio datur: & generaliter nō domino tantum, sed etiā ei, cui interest non subripi, furti actio datur, modò si ex honesta causa intersit. furti enim & malafidei possessori furti actio nō datur. Excipio duos casus, quibus fur furti agit. vnus est in l. qui vas. §. si ego. D. de furt. alter in l. itaq; §. pen. eod. tit. si quidem dempta negatione, vt i res ipsa postulat, sic scribamus: Et sic fit vt teneatur furti & agat. quod etsi in lib. Flor. deprauatum sit, non

tamen aliorum librorum auctoritate caret, & confirmatur à Paulo in lib. 2. sent. tit. de furt. Rem, inquit, pignori datam, &c.

Persequi possit. Vet. persequi potest. Cùm pro quia.

Omnino. Vet. omnimodo, id est, siue par, siue impar soluendo fuerit.

Veteres existimabant. Ex quibus Sabinus l. qui iniuria. §. 1. de furt. Modestinus 2. diff. Is cui commodata res est furti experiri debet si modo soluendo sit.

Vtendi causa. Quid. vet. vtendum accepit.

Dubitans. Dubitans pro ignorante habetur. l. 2. quis ord. in bon. pos. ser. l. vlt. C. de cond. ind.

Rem subreptam esse apud eum. Om. vet. lib. rem subreptam non esse apud eum, commodati actionem instituit: postea autem recomperita voluit. sic & in l. vlt. C. de furt.

Incertus constitutus. Serua eum qui iuris sui ignarus elegit vnum cum quo experiretur, post litem contestatam ante rem iudicatam errore cognito, illo dimisso, ad alterum posse transire. Imo & cum eodem mutata actione alio iudicio experiri potest. l. 4. §. vlti. de nox. acti.

Cùm manifestiss. sit. Vet. cùm man. est.

Furti agere non potest. Quamuis eius intersit ob impensas in rem factas, rem retinere, vt Modest. notat 2. diff. quia non etiam eius interest rem saluam esse si dolo careat.

Ex affectu furandi. Vet. non habent, furandi.

Impuberem. Actione furti impuberem teneri ex xij. Tabu. constat, quibus cautum est, vt manifesto furto prebens



prehensi impuberes, prætoris arbitratu verberentur, utique noxa ab eis facta sarciantur.

Intelligat se delinquere. §. item finitur. libr. 1. c. 22. l. 5. §. sed etsi infans. Ad leg. Aquil. l. 8. §. si pupillus. de dam. inf.

Extrínsecus. Rem extra pœnam, & pœnam extra rem.

Habet dominus. L. 11. in fin. de ser. cor.

Competit. Nec altera per alteram tollitur ipso iure. l. 9. de fur. §. ex maleficijs. infr. c. 6.

### De vi bonorum raptorum.

Intra annum quadrupli. Intra annum utilem cum quocunque expetiundi potestas fuerit. l. 2. eod.

Licet minimam. Cum tamen ob rem minimam nulla sit criminis executio sollemnis l. causas. C. Theo. de iurisd.

Non totum pœna. Vet. lib. non tantum pœna est & extra pœnam rei persecutio sicut in, & c. quod placet satis.

Vt pœna tripli sit. L. pen. C. Th. de pag. in qua tamen Tribunianus triplum & quadruplum mutavit in duplum, tanquam existimans minus delinquere Christianum qui Iudæi aut pagani, quam hunc si Christiani bona diripiat.

Sine non. Et in hunc propriè casum comparata est actio vi bon. rap. namq; alio casu sufficit actio furti manifesti quæ perpetuo competit in quadruplum. Ceterum ubi hæc actio est, furti actio est. contra ubi hæc non est, nec furti actio est, vñ §. seq.

Nam qui aliquo. *Vet.* quia qui aliquo. *Credo particulam, quia, abundare. sic igitur legamus, Quia* ita. ita com. hęc a d. si. d. m. quis rapuerit qui aliq. er. duc. rem suam esse putat & im. pr. iuris eo an. rapit quasi do. lic. rem suã etiam per vim auferre.

Imprudens iuris. *Ignorantia iuris civilis excusat à delicto.*

Absolui debet. *Vetustiss. codex, absolui de pœna rapti non de re debet, sunt autem ea verba, de pœna rapti non de re, sumpta ex sententia constitutionum infra scripta. itaque manifestum est interpretis ea esse non auctoris.*

Statuta principum. *Vet. non habent, principum.*

Rei quidem suæ. *Qui rem suam rapit, nec vi bo. raptorum tenetur. l. 2. §. hac actione is demum. D. eod. nec lege Iulia. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. sed dominio rei suæ multatur ex l. si quis in tantam. C. vnde vi. qua abrogatur. §. vltim. l. 3. C. Th. ad leg. Iul. de vi.*

Dominio cadere. *Idq̄ transire in fiscum, arg. l. 3. in fin. C. Th. ad leg. Iul. de vi.*

Aestimatur. *eiisd. rei præstare. Si res immobilis sit, indistinctè, si mobilis ita demum si quam per errorem suam esse arbitratur, vi occupauerit. nam si dolo malo, tenetur in triplum.*

Expectatur. *Lego, spectatur, vt in l. 1. §. in hac. D. eod. sic & vet. nonnulli.*

Ex bonis fit. *L. 2. si quid in fr. pat. l. 19. in princ. de petit. hered.*

Per

Per vim non auferri. *Vet. non habent, per vim. Quod autem sequitur, vnum casum exprimit, quo depositarius & furti, & bonis raptis actionem habet. Est & alius, si pretium depositionis non quasi mercedem accepit. & hoc Vlp. explicat in l. 2. §. & generaliter. D. eod. tit. nam, inquit, & furti act. habeo, si in re deposita culpam quoq; re promisi, vel pretium depositionis non quasi mercedem accepi. Vtilius & cæt. quæ verba ideò contra morem meum retuli, quod vulgò sunt ab interpunctionibus mendosissima.*

Vel quid aliud iuris. *Vet. vel quod aliud ius, vt in d. l. 2.*

Non vt. *Vet. vt non. atque ita etiam est in l. 2.*

Omnes habere hanc actionem. *Itemq; illam quæ proponitur in edicto, si is qui testamento liber esse iussus & c. l. 1. §. hac actio, eod. tit.*

## De Lege Aquilia.

Damni iniuriæ. *Videtur legendum, damni iniuria: vt in l. impuberem, de furt. l. quemadmodum. §. idemq; Labeo. l. si seruus seruum. §. si furnum. §. Proculus. §. si calicem, ad leg. Aquil. Cicero pro Flac. Lite contestata iudicio damni iniuria constituto. Sed veteres etiam dicebant, damni iniuriæ, genitiuum pro ablatiuo vsurpantes, vt in l. sepè, de verb. sig. pecuniæ tutelæve sententiæ. & in l. 3. ad l. Cornel. de sicar. pœnæ. & in constit. Iustinia. de confirm. Pandect. §. hoc autens quod & ab initio. voce Romanæ.*

Tantum domino dare. *Hæc actio soli domino*

Q

+

com.

*competit. Superiores duæ etiam non domino.*

*Præcisè. ἀποτόμωε, ut in l. 1. §. si ei qui. ut leg. no. cau. Abscisse in l. semper. de iu. immun.*

*Propriè pasci. Varro pecus à pascendo dici. Minutius in Octauio. Pecua pascuntur.*

*Gregatim. Abest à vet. lib. & à Theophilo.*

*Pecudum. Vet. pecorum.*

*Qui latronem inf. Vet. qui latronem occidit.*

*Non minùs ex dolo. Scribendum alio ordine, nō minùs quàm ex dolo, ex culpa. est similis error in l. iurisgentium. §. pactorum. D. de pact.*

*Traiecerit. Vet. transiecerit. sic distinguitur, Nam si id à milite quidem in campo, eo que vbi, &c.*

*Ad exercitandum. Vet. exercitandis.*

*Publicam aut vicinalem. Vicinalis via, & publica est: quia vniuerso populo patet. sed & agraria, que è via publica diuertitur in villas aut colonias, publica est: priuata via, id est, seruitus, non item. De his in l. vlti. de lo. & it. publ. l. 2. §. viarum. ne quid in lo. pub. l. vlti. de ser. rust. & apud Siculum in libro de cond. agr. Magnoperè autem hasitare me confiteor, quid sit via lignaria in Aggeni Urbici commentario de limit. agr. Plerūque, inquit, via dum cum limite currit etiam si vicinalis est, aut lignaria, aut priuata, sinem præstat.*

*Culpæ reus est. Ergo incidit in legem Aquiliam. in legem verò Corneliam et si non incidat, atque ad eò nō sit vltimo supplicio afficiendus. l. in lege. D. ad leg. Corn. de sicar. in metallum tamen damnatur auctore Paulo lib. 5. sent. eod. tit.*

Præ-

Præcauere. *Vet. cauere. & in §. prox. curatio-*  
*nem, atque ob id. & infra, medicamenta ei de-*  
*derit.*

Aequè culpa tenetur. *Rectè vet. æquè culpæ*  
*tenetur.*

Integer & pretiosus. *Magni pretij. §. ex malefici-*  
*cij. inf. c. 6.*

Quanti hodie erit. *Vet. quanti is hodie erit.*  
*& in §. prox. ex quadriga equorum vnum occi-*  
*derit.*

Ex quadriga equorum vnum. *L. 34. de edil.*  
*edic.*

Quanti depretiati sunt. *L. proinde. eo. tit.*

Cuius seruus occisus fuerit. *Si dolo malo occisus*  
*fuerit.*

Damnum per iniuriam datum. *Rectè vet. dā-*  
*num iniuria hac parte vindicatur. sic in princip.*  
*tit. prox. damnum iniuria: neq; adiicitur, datum.*  
*& in §. ex maleficijs. de act. de demno iniuria, mi-*  
*xta est. & in l. 1. D. ad leg. Aquil.*

Aut ruptum. *Scribendum reor, aut fractum,*  
*aut ruptum, vt generale verbum postremo loco pona-*  
*tur. l. si seruus. §. tertio. §. inquit. §. cum eo. D. eod. quod*  
*& Decemviri generaliter acceperunt auctore Sex. Pom-*  
*peio, in ea vt suspicor lege, qua de damno iniuria est ab*  
*eis proposita. l. 1. D. eod.*

Parte legis Aquiliæ. *Non est, Aquiliæ.*

De dolo. *Legendum, ex dolo aut culpa de cæ-*  
*tero damno quemque teneri. Hoc tamen. Au-*  
*ctores nobis ijdem sunt, qui fuerunt supra.*

Vsa esset. *Repetitur ergo ἀπὸ νοῦν, vel, vt Papini-*

anus loquitur, ad cōmunionem adsumitur. Vet. vfa est.  
 & in §. prox. tam vehementer.

Alieno feruo persuaserit. L. 3. & 4. de ser. cor.

Vtilis actio. Quae & in factum dicitur. est autem  
 in factum civilis, id est, ad instar legis Aquilia.

Ipsa lege Aquilia, Hoc est quod dicimus ipso iure,  
 directa actione : vt Cic. de prou. cons. ipsa lege censo-  
 ria.

Neque vtilis leg. Aq. actio. Vet. neque vtilis  
 Aquilia.

In factum actione. Hæc est in factum prætoria, quæ  
 nusquam dicitur vtilis Aquilia: quinimò hic casus, quia  
 à lege Aquilia dissimilis est, non potest in eo vtilis Aq-  
 uilia dari. l. si mensor, D. si mens. fals. mod. dix. l. si verò. §.  
 de viro. solut. matrimo. & omninò necessaria est actio in  
 factum prætoria extremum iuris sui persequendi subsi-  
 dium. vtilis est in factum civilis comparata ad exemplū  
 Aquilia. hoc est in factum prætoria.

### De Iniurijs.

A contemnendo dicta. Seneca. Contumelia à cō-  
 temptu dicta est, quia nemo nisi quem contempsit tali  
 iniuria notat.

Quam Græci ὕβρις. Aristoteles in Rh. ὕβρις ὅστι το  
 βλαπῆν καὶ λυπεῖν, ἐφ' οἷς ἀισχύνεσι τῶ πά-  
 σχοντι.

Quam Græci ἔγχιμα, Legendum, quam Græ-  
 ci ἀδικία, & infra, quam Græci ἀδικίαν vo-  
 cant. Hoc distat ἀδικία ἀπὸ τῆς ἀδικίας, quo Ari-  
 stote-

Stot. docet lib. 5. Ethic. δίκαιο πρᾶγμα distare ἀπὸ τῆς δίκαιοσύνης.

Iniuriam accepisse dicitur. Is scilicet cōtra quē non iure pronunciat.

Pugno pulsatus. Quid. cod. pugno puta.

Quasi debitoris. Vet. quasi debitoris possideantur ab eo qui intelligebat. quod placet. Si verā debitoris, cessat iniuriarum actio, quamvis ipse debitor iniuria adficiatur possessis & distractis bonis ex edicto prætoris.

Aut carmen aut historiam. Duo postrema verba non sunt in veter. lib. Est verò ex xij. tabu. de famosis libellis capitalis actio. Ex lege Iulia & ad eam pertinet S. C. non capitalis.

Magis præualuit. Etiam si in manum non conuenit. De hac enim loqui auctorem sequentia ostendūt. Nam si in manum conuenit patri ac marito non datur actio iniuriarum, quia non in patris, sed mariti potestate est, & conuenienter consanguinea communibus liberis.

Atrociter verberauerit. In vet. non est, atrociter.

Quia ipsis fit iniuria. Hac ratione Padij sententia refellitur relata in l. 16. De iniur. qui quasi seruo facta esset iniuria non dominis, portiones quas in seruo domini habuissent ac si per seruum adquisissent actionem iniuriarum spectandas esse censebat. Verius tamen est ex sua non ex serui persona quæ in nullo numero est hanc eis actionem queri. & obserua manifestum dissidium inter Gaium & Padium. Gaius hoc loco ait, equum esse non pro ea parte qua dominus  
quisq;

quisq<sub>3</sub> est, estimationem iniurie fieri. Pædus illo loco non esse æquum pro maiore parte quam pro qua quisq<sub>3</sub> dominus est, damnationem fieri.

Ruptum. Id est, corruptum, vt in lege Aquilia, liuore aut tumore decoloratum.

Talio. In xij. Tab duplio duplum, talio tale, id est, similem siue reciprocam perpeffionem significat. Impp. dixeret reciprocam pœnam in l. 3. C. Tb. de exhib. reis. l. hi quos C. Tb. de accusat. Verba legis xij. Tab. hæc sunt: SI MEMBRVM RVPIT, NI CVM EO PACIT, TALIO ESTO. sic etiam ea lex cùm in Gellio, tum in Sex. Pompeio restituenda est, nondum ab quoquam restituta. Lex ait, pacit, ab antiquo verbo Paco, quod est paciscor.

Vt in magna. Vet. quasi in magna.

Paupertate. Pauperibus grauiores sunt pœne numerariae.

A Estimare. Fortè an dato iureiurando in litem.

Vt iudex. Iudicis est refranare, & moderari taxationem actoris & iusiurandum in litem.

Prætores introduxerunt. Quæ posita est in arbitrio iudicis, aut recuperatoris, in quantum scilicet ei ob eam rem æquum videbitur. l. 7. §. seruus. D. eod. l. qui seruum. de obl. & act.

In iudicijs frequentatur. Atq<sub>3</sub> ideo moribus recepta hæc actio dicitur. Mixto autem iure actio legis Cornelia. Legitima actio abolita est.

In seruo actore. Actor est maioris actus homo.

Vel domum. Vet. domumue. ab his scilicet, qui directarij vocantur, vt Paulus adijcit libr. 5. sentent. de quibus



quibus in l. sacularij. de extr. cogn. l. 1. de effract.

Atrox iniuria. Grauisima, seua, seruilis *Actio*  
*Ulpianus* Apollonio de qua etiam libertus cum patrono age-  
 re potest. l. 3. §. vltim. de adul. l. sed si hanc. §. penultim.  
 de in ius voc. l. prator. §. praterea. de iniur. l. 6. C. cod.

In oculo quis percusserit. Os fractum Agellius  
 atrocem iniuriam vocat.

In summa. Vet. in summa igitur. & pauld  
 post, æst. fac. quemadmodum dictum est.

Vel ciuilitur. Sicut de superioribus delictis, furto,  
 rapina, damno dato. §. liberum. inf. c. prox. l. vlt. de fur.  
 l. 2. §. 1. vi bon. rapt.

Viri illustres. Idem Val. dedit episcopis & presby-  
 teris in No. de episc. iud.

Quique super eos. Illustres scilicet & patricij,  
 illustrissimi, excelsi, magnifici.

Qui dolo fecit. Legendum, ne idem repeti videa-  
 tur, qui dolo fecit, vel qui curauit. quod & vet.  
 lib. confirmant.

Dissimulatione aboletur. Ut actio inofficiosi,  
 qua etiam vindictam principaliter non pecuniam perse-  
 quitur. l. 1. C. de in integ. rest. min.

Ad anim. su. non reuoca. Non cōtestatus fuerit.  
 l. 31. C. de lib. caus.

De obligationibus, quæ quasi ex delicto  
 nascuntur.

Quæ ex culpa fiunt potius quam ex delicto. Culpa se-  
 paratur à delicto. & tamen in lege Aquilia culpa etiam  
 leuissima delicto adnumeratur, si per imprudētiam quis  
 suo

suo corpore, vel per causam sui corporis alienum animal occiderit, aut vulnerauerit, alienamve rem inanimatam vsserit, ruperit, fregerit. hæc damnorum genera culpam augent & in maleficium conuertunt. Aliàs vero culpa quæ alio modo ledit alterum non est maleficium, nec vindicatur actione legis Aquiliæ, sed actione in factum prætoriam. §. vlt. sup. de leg. Aquil. & in exemplis hoc tit. propositis.

Si iudex. Iudex datus. Ius dicenti imperitia culpa non vertitur.

Litem suam fecerit. Litis alienæ periculum quasi sua rei suum facit iudex qui prudenter aut imprudenter perperam iudicat. Sed hoc interest quod si prudenter, præter extraordinariam & criminalem coercionem ciuilitèr tenetur in veram litis æstimationem in solidum & infamia notatur. Si imprudenter ciuilitèr tantum tenetur salua existimatione in id, quod ob eam rem iudici æquum videbatur, si prudenter, ex delicto, id est, ex dolo malo, quo nomine comprehenduntur extra quadrigam obligationum ex delicto cetera delicta quæ nomine vacant, si imprudenter quasi ex delicto.

Peccasse aliquid. Aliquatenus culpa reus esse.

Quasi ex maleficio. Hæc actio est velut ex maleficio, quia pleremque in imperitum iudicem datur. Imperudentia verò iudicis prolata sententia, οὐκ ἄδίκον ἔστιν κρισις ἔστι δὲ ὡς ἄδίκον. quemadmodum Aristot. scribit libro quinto Ethicorum.

Actione in factum prætoriam qua tenetur ei qui litem amisit. tum maximè cum is noluit, aut propter paupertatem non potuit appellare, vt l. 8. §. penul. Mand. putà,  
quia

qui non potuit implere cautiones appellationum. l. 2. de cust. reor. nam ei qui remedio appellationis utitur. hanc etiam actionem aduersus iudicem à quo appellauit dari non est æquum.

Quia plerunque ob alterius culpam. Et hoc quidē casu cū ipse nihil nocuerit, certo certius est cessare actionem legis Aquil. atq; idē sic immutatis permutatisq; verbis quibusdam legendū esse in l. 5. cū aut. D. de his qui effud. vel deiec. Cū aut hac actione propter hoc quis condemnatus est. quod hospes vel quis alius de cœnaculo deiecit. meritō ei in factum. quod & alij quidam adnotarunt. Si ob suā culpam, maleficiū esset, & ex maleficio lege Aquil. teneretur. Si ob serui culpā vel liberi hominis qui cū eo habitabat, quasi ex maleficio teneretur, quia ipse quodāmodo peccasse videtur, ob id quod in eo cœnaculo habuerit hominem incautum & improuidum, scilicet actione in factum prætoria.

Cui similis. Quia & hac & illa est, quasi ex maleficio: Caterūm pœnæ sunt diuersæ. Et hac quidem popularis est, illa priuata ex primo capite, popularis ex secundo: hac heredibus non datur, illa datur heredibus ex primo capite: hac annua est, illa perpetua ex 1. capite.

Operas. Vet. Operarum. vt in l. vlt. D. eod.

In patrem nullam esse actionem. Neq; de peculio, quia ex contractu non venit, neq; noxalem, quia ex maleficio non venit.

Cū ipso filio agendū. Actione in factū prætoria.

De dolo. Scribendum existimo, de damno: vt in l. 4. §. vlt. D. de obl. act. & paulō post, hæc actio, non hic actio.

Ex

Ex maleficio teneri videtur. *Actio in factum pratoria suæ culpæ nomine.*

Nullum est maleficio. *Allioquin ex maleficio tenetur actio furti vel legis Aquilia.*

Quorum in opera. *Factum autem vectorum in hac actioe non venit: in actioe de recepto, quæ est ex contractu, factum vectorum venit.*

### De Actionibus.

Ius persequendi. *Ius, formula. In iudicio, apud Pedaneos iudices. In iure actioe non utimur. Debetur autem quodcumq; peti potest: quin etiam debetur & petatur sunt paria. l. si stipulatus. in fin. l. ita stipulatus. de verbor. obliga. Hac igitur definitio omnem actionem comprehendit.*

Quod ibi si debetur. *Quod nobis dari aut restitui debet. Dantur quæ nostra sunt, restituntur quæ nostra sunt. nec malè debiti aut obligationis nomen vsurpatur etiam in iudicijs in rem. §. item si iudic. inf. de except.*

Iudices arbitrosve. *Iudices adduntur actionibus strictis, Arbitri actionibus bonæ fidei & arbitrarijs: Illi ex formula, hi ex bono & æquo iudicant, sic in l. à D. de re iud. l. 7. D. ad leg. Iul. repetund.*

In personam. *His persona illis res conuenitur. l. 19. de iur. fisc. his rem nobis dari oportere, illis rem nostram esse petimus. l. 6. de rei vind.*

Vel ex contractu vel ex maleficio. *Hoc etiam trahi debet ad varias causarū figuras, ex quibus scilicet agitur quasi ex contractu, vel quasi ex maleficio, sic. n. varias causarū figuras accipi oportere, ex collatione & coniunctione l. .de obl. & act. cum l. 4. liquido constat.*

Et

Et alijs quibusdam modis. Vtputa, verbis in rē scriptis, non notata persona, Ex his actionibus quadam & re ipsa & figura verborum in personam sunt: quadam in rem sunt scriptæ, vt ipsa in personam. priores semper aduersus eundem dantur, posteriores non aequè. Illis intendimus aduersarium dare aut facere oportere: his non item, quandoquidem eas non in personam, sed in rem & generaliter concipimus: Harum exempla hæc sunt, Ad exhibendum, Quod metus causa, Ex causa interdictionum.

Possessor autem dominum. Vet. cod. & possessor dominum. Hoc verò est contra vindicare. dicendo, Imo mea est. Qui enim negat actorem esse dominum, non etiam dicit se esse dominum, non facit dominij controuersiam, & ideo hac actione non tenetur. l. 42. de pet. her.

Aequè si agat quis. Abest, quis, à vet. lib. & in hoc loco & in prox. vers.

Altius ædes suas tollendi. Contra statum & formam antiquorum ædificiorum, & officiendi luminibus, aut prospectui vicini. Aut iure meo, aut iure seruitutis ædes altiùs tollo. Iure meo, si non vicino cessero ius mihi non esse altiùs ædes tollendi: Iure seruitutis, si vicino iam antè cessero ius mihi non esse altiùs ædes tollendi, vt in l. egitecum. D. exc. rei vend. l. si domus. de ser. vrb. l. si mihi. de ser. rust. Iure meo ædes altiùs in immensum tollere possum, Iure seruitutis vel vsque ad certam altitudinem, vel in infinitum, dum tamen inferior vicinus ne grauetur. l. cuius. de ser. vrb. Iure meo si ædes sublatas habeo, in earum refectioe antiquam formam seruare non cogor: Quòd si iure seruitutis, seruare debeo formã

P adium

edium antiquarum, quas ipse cum depressas haberem, vicino concessa seruitute, is mihi porrò concessit, ut altius tollerem: Ergo eisdem fundamentis & eadem seruata crassitudine muri, eas reficere debeo. l. qui luminibus. l. seruitutes. §. si sublatum. de ser. vrb.

Prospiciendi vel proijciendi. Ne officiat actoris luminibus vel prospectui. Proiectiones suæ mœniana, quæ Græci δὲ ὠσαῖς vocant. sic verò legendum est in l. mœniana. C. de edific. priua.

Contrà quoque. Paulò post ait, ut est in vet. inuicem quoque. & inde nimirum contraria hæc actio dicta est. l. sicuti. D. si ser. vind.

Prospiciendiue. Legendum, prospiciendi, proijciendi, immittendi. istæ.

Negatiuæ. Sic in l. vti frui. Si vsusfr. pet. frequentius autem negatiuæ dicuntur.

Rem actoris esse. Sed suam tamen eam esse dicit contra vindicando, & agit non directæ sed laceßitus contraria vindicatione. Actoris, id est, petitoris, qui se dominum esse contendit. Possessor in petitorum negatiuam non habet. In ipsum possessorem petitor confessoriæ habet.

Sanè vno casu. Quid. cod. sanè in vno. quidam, sanè vnoque. Placet à Barone annotata lectio. Sanè in hoc casu, id est, in controuersijs seruitutum. Vel potius quod quidam Cod. habent, sanè hoc vno casu. Vno scilicet illo casu quo de seruitutibus controuersia est, non vlllo alio.

Sicut in latioribus. Tit. si vsusfr. pet. & tit. si ser. vind. In his libris sic sæpè relegat nos Iustin. ad Pandectas. semper autem non legem aliquam aut caput vnũ, sed

sed titulum aliquem aut librum significat. vt in §. rursus titulum, Ex quib. caus. maio. & in §. item si de dote. titulum, De imp. in res dot. fac. & in §. hac exempli. de except. librum de exceptionibus. & in §. vlt. de publ. iudic. librum publicorum.

Ciuiilibus causis descendunt. Hæ ipso iure competere dicuntur, prætoria verò dari. §. non omnes.

Vt ecce. *Vet.* Ecce plurimum ita petmittitur in rem agere, vt vel actor diceret. Plurimum, id est, τὸ πλεῖστον, vt in l. urbana pradia. de verb. sign. Ait petmittitur. vt in §. rursus. *infr.*

Ex diuerso possessorem aduersarium suum. Quidam, ex diuerso possessor dicat. quod rectum non est. Rectius legas, possessorem, vt The. o. & §. rursus. quanquam possessor, qui in exceptione actor est, & hoc ipsum in ea dicere possit actorem non vsucepisse quod vsucepit. nam vt actionem, ita exceptionem prætor dat contra ius ciuile rescissa vsucapione.

Quod vsuceperit. Fictitiæ actiones, quales sunt & quæ bonorum possessoribus dantur. In vna actor dicit se vsucepisse, quia prætor dando actionem illam, bonam fidem pro veritate accipit. In alijs dicit rem vsucaptam aut traditam non esse, quia prætor vsucapionem & traditionem rescindit.

Directam in rem actionem. L. minor. §. 1. de euct.

Sane durum. Durum, iniquum, vt sæpè in Digestis, extraneum scilicet possessorem potiore esse eo, qui ex iusta causa acquirendi dominij bona fide rem accipit à non domino. Extraneum inquam. Iustum enim

232 I. C. NOTAE. AD LIB. IIII.  
dominum, si possideat, potiore esse verius est.

A Publicio prætor. Q Publicio, qui prætor fuit  
Urbanus cum M. Iunio, ut Cicero scribit in Cluentiana.

Permittitur domino. Prætor cum hanc actionem  
dat, vsucapionis rationem non habet. est igitur hæc actio  
rescissio vsucapionis, & eam quoque Publicianam esse in-  
nuit l. 35. de obl. & act. Pauliana verò quæ sequitur est  
rescissio traditionis.

Intra annum. L. 18. C. de postl. & red. ab host.

Accommodat. Accommodari propriè dicuntur  
actiones vtilis, cuiusmodi sunt rescissoria omnes & re-  
stitutoria.

Posseffis. Legendum, ex sententia præfidis pos-  
seffis.

Eam rem petere. Hæc actio Pauliana dicitur. est  
& Fabiana siue Caluissiana. Pauliana est in rem, Fabia-  
na in personam. l. 1. §. hæc actio. D. si quid in frau. patr.  
Cum enim Fabiana non omninò rescindat traditiones.  
dict. l. 1. §. si quis in fraudem. non tam in rem patronus,  
quàm in personam, cum possessores quasi cum debitore  
agere videtur. l. quod si in diem. §. idem scribit. de pet.  
her. atque eo etiam fit, ut non finiatur anno. Rescissoria  
finitur anno, quia est contra legem, id est, contra vsu-  
cipationem. l. in honorarijs. D. de obligat. & act. Paulia-  
na æquè anno finitur, quia est contra alienationem iure  
factam.

In bonis debitoris mansisse. Vindicant igitur  
eam rem creditores non quasi suam, aut sibi obligatam,  
sed quasi rem debitoris quam simul cum ceteris bonis de-  
bitoris possidere iussi sunt. Superiores vindicationes  
sunt domini sui aut seruitutis vindicationes. Hæc est  
vin-



vindicatio dominij debitoris in hoc instituta vt ex decre-  
to prætoris vel præsidis creditor eam rem quam in eius  
dominio permansisse dicit, possideat atq; distrabat. Se-  
quens est vindicatio hypothecæ. Non omnes in rem acti-  
ones dominij vindicationes sunt.

Ex ipsius prætoris iurisdictione. Hoc ita si pi-  
gnus sit contractum nudo consensu aut tacito iure. nam  
sive, ciuilibus actio est.

Capiunt, Vet. capit.

Pro mercedibus fundi ei tenentur. Ex conuen-  
tione manifestaria. §. interdictum quoque. infr. de in-  
terd. l. 1. de Sal. interd. l. 5. C. de loc. l. 5. C. in quib. caus.  
pign. Non tacito iure, sed ex pacto. §. interdictum. infr. de  
interd. & hoc certissimum est: nec fuit alia sententia l.  
certi. C. de loca. In prædijs, inquit, rusticis necesse est vo-  
luntate siue scientia domini pignus induci: quæ verba cõ-  
ventionem significant: l. Pomp. D. in quib. caus. pign. vel  
hypoth. In vrbanis, conuentio non est necessaria. Enim-  
uerò res coloni pignoris iure tenentur, non tantum gene-  
rali pacto, veluti si conuenerit vt inuecta & illata pigno-  
ri essent, sed etiam speciali: & hoc quidem pacto etiam  
ea quæ inducta non sunt tenentur. l. si non inducta. C. in  
quib. caus. pigno. tac. contr. Hæc de rebus coloni. Ibi nata  
quia solebant semper pro mercede obligari. l. si seruus. §.  
locavi. D. de fur. nemo dubitat in eis tandem receptum  
fuisse ius pignoris.

Quali Seruiana. Et hac igitur actione etiam de  
rebus inquilini agitur. nam de rebus tantum coloni  
Seruiana actio, Saluianumq; interdictum propositum  
fuit.

Attinet. Abest à vet. lib.

De qua re. *Siue de pignore, siue de hypotheca.*

Hac appellatione. Malim, hac actione: quod et Th. sequitur.

Propriè. Propriè pignus traditione, hypotheca conventionione constituitur. In actione tamen hypothecaria nominibus abutimur: & ideo Marcianus de hypothecaria formula tractans, dixit pignus ab hypotheca sono tantum differre, quod est ac si diceret significatione non differre. nam quemadmodum pharmaca quæ eadem sunt, odoribus tantum & coloribus: ita verba, quæ idem significant, sono tantum aut syllabis, litterisq; inter se differunt. Significatio igitur est eadem: sonus est diversus, syllaba & litteræ sunt diversæ.

Et ea quasi. *Vet. ea quasi.* & paulò post, Item prætor proposuit de pec. ser. filiorumque fa. & ex qua.

Iure ciuili. *Non prætorio tantum, vt rei constituta pecunia.*

Tenentur. *L. & habet. §. cum quis. De precar. coniuñcta l. interdictum. eod.*

Comparauit prætor. *L. Titim. De resc. vend.*

Ipsè iure. *Iure ciuili. l. 8. §. vlt. de accept.*

Peculio tenus. *Intra modum peculij, ad sinem peculij.*

Condemnari eos. *Non tamen ex contractu quo serui se dominis auferunt. l. cum seruus. Mand.*

Accommodat. *Et ideo utilis est actio ad instar iudicati. l. sed etsi pos. §. vlti. l. quod si iuravi. l. si duo. §. 1. D. de iure iur.*

Præ-

Prætor penè multas. Legendum, Prætor bene multas. sic vet. lib.

Et alias innumerabiles. Hæc ab Vlpiano dicuntur esse in factum, id est, in delictum, non ex delicto.

Præiudiciales. Sic dictæ quia impediunt siue morantur futurum iudicium de alimentis, vel de criminibus aut bonis, vel aliud quodlibet iudicium & præiudicium, denique alijs iudicijs faciunt, non etiam patiuntur.

In rem esse videntur. Id est, veluti proprietatis causam continere, & ideo etiam ex parte rei in eis cauetur de rato. l. non solum. §. si status. de procur. l. 8. §. vlt. Rem rat. hab.

An libertus sit. Interpretes addidere, vel seruus, quod superfluum est. Addidere & alia præiudiciorum exempla. ipse tria hæc duntaxat agnosco. nam quod ait. l. 3. D. de lib. agnosco. locum esse præiudicio si disceptetur, an vxor fuerit, eo pertinet, vt in præiudicio de partu agnosendo illa quaestio disceptetur an vxor fuerit. & in l. Impp. de pri. credit. non præiudicio, sed per iudicem rectius in alijs codicibus legitur hoc sensu: frustra desiderari per principem rescindi venditionem, cum per iudicem experiri liceat. Legendum etiam est, per principem, quanquam Flor. duntaxat legatur, principem.

Ex quibus ferè. Quid. cod. ex quibus ferre. malim, ex quibus certè: fuit q̄, iam olim similis error in l. quidquid. de vobor. obligat. Huius autem sententiæ ratio ea meo iudicio verior est quam Placentinus

Legitimam causam. Ex 12. tab vnde illud caput,  
vt vindiciae dentur secundum libertatem.

Ceteræ. Est & quoddam præiudicium sanguinis, vt  
cum queritur an aliquis sit ex stirpe curialium. l. 19. C.  
Th. de epis. & cler.

Si apparet, sunt cod. qui habent, Si paret. & pau-  
lo post. Si apparet, non si appareat.

Eius fieri potest. L. si res aliena. ad Trebel. l. cum  
res. C. de cont. emp.

Odio furum. Quia grauior est conditio quam  
vindictio. nam vindicatione fur tenetur vt quilibet  
possessor, non vt fur. l. 12. C. de furt. & ita demum si res  
non interierit post litem contestatam eo modo quo & a-  
pud actorem erat interitura. l. item si verb. §. vlt. de rei  
vind. Conditio tenetur vt fur omnimodo siue res fue-  
rit æquè interitura apud actorem siue nõ. l. inter omnes.  
de furt. l. 19. §. penul. rer. amot. l. si cum excep. §. quate-  
nus. quod met. caus.

Extra pœnam dupli. Et aliquando remissa pœ-  
na dupli vel quadrupli, veluti conditio rerum amo-  
tarum, cum qua etiam vindictio concurrat.

Hæc in rem actio. Rectè, hæc. nec enim omnis actio  
in rem dominij adfertio est.

Dare facere oportere. L. 1. C. de bon. que sub  
mod.

Denunciare. Denunciationem sequebatur a-  
ctio in personam. Terentius, Ego te cognatum dicam,  
& tibi scribam dicam: vbi Donatus, A denunciatione,  
inquit, in personam ne diceret, non mihi denunciaasti.

In

*In iure augurali condictio est denunciatio : cùm denunciatur vt antè diem tertium quis ad inaugurandum adfit, auctore Seruio in Virgilium.*

*Non manifesti. Vet. nec manifesti.*

*Quia in quadruplum. Quia cum pœna sua retrahit ablata.*

*Plurimi fuerit. Hoc amplius vet. cod. plurimi & magni pretij fuerit.*

*Item mixta. Cùm initio dixerit, ex maleficijs : videtur hæc actio esse ex maleficio. sed verius est quasi ex contractu eam nasci. §. heres. §. vlt. supr. de obligat. quæ quasi ex contr.*

*In iudicium vocarentur. In iudicium vocari, & infr. iussu magistratum conueniri, idem. nec igitur vt & lis contestata fuerit. Paulus 3. Sentent. Mora præstationi legatorum fieri videtur, cùm postulanti non datur.*

*Obtinere videntur. Quia cum re etiam personales præstationes persequuntur.*

*Erciscundæ. Sext. Pomp. Ercitum scitum, quod fit inter consortes, vt in libris legum Romanarum legitur. Ercitum à coërcendo dictum est. Vnde erciscunda & ercisci. Sunt autem eæ tres actiones ex 12. Tabul. quod & ipsæ actionum appellationes indicant, quæ sunt antiquæ. & l. 1. fam. ercisc. l. vlt. fin. reg.*

*De diuidenda hereditate. L. debitor. §. vlti. ad Trebell. l. 3. C. famil. ercisc.*

*Quamplurimis. Vet. quampluribus. & in extremo §. prox. superius diximus.*

*Tripli. Quid. cod. in triplum, ab omnibus autem abest, Agimus. actio furti concepti, furti oblatis fuit*

P S olim

olim tripli: & de eis Caius sensit in l. 3. qui satisd. cog.

Veræ æstimationis quantitatem. Pro quantitate conventionis sportula præstantur. l. 4. C. de fruct. & lit. exp.

Inferunt. Vet. inferuit. Cùm actor plus summæ petijt.

Viatores. Hi sunt qui in ius vocant, qui iudicata exigunt, quibus imminendi (sic enim legendum est in l. 12. C. de prox. sacr. scriin.) litibus sollicitudo iniuncta est.

Exigerent. Legendum, exegerint.

Quam proculdubio. Legendum, ex qua proculdubio est ex lege condictionem emanare, auctoribus lib. vet. Condictitiam, id est, conditionem. In §. prox. sic etiam legendum est, Item ex lege condictionis ex nostra cõstitutione oritur, quadrupli condemnationem imponens.

Quadrupli autem agitur. Vet. non habent, autem agitur.

Quidquam exegerint. Cassiodori 9. Si quis executor sportularum nomine plus constituto exegerit, in quadruplum iubemus ablatam restituui. Addi verò potest alius casus ex l. vlt. C. de fid. lib.

Omnimodo dupli sunt. Tam in confitentem, quàm in inficiantem.

Id est damni iniuriæ. Vet. id est damni iniuria ex lege Aquilia, & de dolo interdum depositi. quod & Acc. notauit. Benè, de dolo. vt in §. plane si depositi. supr.

Et interdum depositi. Putà, si depositi in duplum agatur eo nomine quod tumultus, incendiij, rui-

na,

ne, naufragij causa depositum sit. nec enim est vero simile in duplum agi in alium quàm inficiatorem, sicut nec ex lege 12. in duplum depositi agebatur quacumque ex causa depositum esset, nisi in inficiatorem.

Nostrorum, Abest à vet.

Quædam stricti iuris. Theoph. legit, quædam strictæ, sed non malè etiam stricti iuris dicuntur. l. vnica. §. sed etsi non ignoramus. C. de rei vxor. Bona fides & sincera fides dicitur in l. 2. C. si prop. publ. pensit. Bona fidei clausula arbitro liberum arbitrium tribuit: doli, pacti, in factum, actionem, exceptionemquè & omnia condictionum genera complectitur. Strictum iudicium neque bonæ fidei, neque arbitri clausulam habet, ea re dolus stricto iudicio non vindicatur, neque vlla cum eo condictio concurrit, neque iudici liberum est absoluerè, aut quanti velit litem estimare.

Quæ ex permutatione competit. Potuit addi ea quæ ex precario competit. l. 2. de precar. sed ommissa est, quia interdictum magis frequentabatur. Ommissa etiam est actio fiducia, quia exoleuerat.

Hereditatis petitio. Lex sola bonæ fidei iudicia facit. fuit enim stricta ex stipulatu actio de dote, nunc est bonæ fidei, ex Constit. Iustiniani: fuit enim petitio hereditatis stricta, nunc est bonæ fidei eodem auctore.

Inter bonæ fidei. Vet. cod. siue inter bonæ fidei iud. con. her. pet. esset siue non. similis à me adnotata est scribendi ratio in §. pretium. supr. de empt. & vend.

Fue-

Fuerat antea. *Vet.* fuerat & rei ante uxoria,  
& *infr.* in ex stipulatu actione, quæ de dot. ex  
prop. transtulimus.

Vt bonæ fidei sit. *Et omnes quidem ea 15. a-*  
*ctiones bonæ fidei sunt tam contraria, vel vtilis, quàm*  
*directæ.*

In hypothecis. *Tacitis vel manifestis, vt Martino*  
*videtur, & verum est. Excipitur fiscus, cui si prior tem-*  
*pore fuerit, mulier non præfertur: videlicet si inter eos*  
*solos controuersia sit. l. dotis. C. de iure dot. namq; in hac*  
*specie, res obligata est Titio, deinde fisco, tum doti: Fi-*  
*sco præfertur Titius, Titio mulier, atque ita fit, vt dos*  
*fisco sit potior. quæ species ab Græcis interpretibus ex-*  
*posita est.*

*Cuius solius. Non heredis extranei, non patris, his*  
*enim nec tacita hypotheca data est.*

*Quantum auctori restitui debeat. Etiam si in*  
*lege contractus prætermissum sit. §. conductor, supr. lib.*  
*3. c. 24.*

*Sed & in stricti. Vet. cod. sed & in strictis iu-*  
*dicijs.*

*Doli mali exceptione. L. 78. de her. inst. l. 22. ad*  
*leg. Falcid. l. si opera, de dol. mal. except. Doli exceptio*  
*bonæ fidei iudicium facit.*

*Iure aperto nituntur. Compensationes debiti li-*  
*quidi, certi, confessi, vt l. si debeas, de compen. l. 3. de tut.*  
*& rat. dist.*

*Siue in rem. Et in hoc certè latius, quia olim ipso*  
*iure non minuebant actiones in rem.*

*Excepta sola depositi actione. Imò & exce-*  
*pta commodati. l. vltim. C. commod. nisi sic accipiatur,*  
*vt pro-*



vt propter pecuniam creditam non impediatur restitutio corporis commodati, quod & de qualibet alia actione dici potest. Et omnino etiam excepta actione momenti.

Iniquum. Vet. impium.

Præterea. Præter strictas & bonæ fidei.

Ex arbitrio. Arbitrium iudicis & arbitratum dicitur. l. qui restituere, de rei vindic. l. illud, de eo quod met. caus. & officium. l. metum. §. ex edicto, eod. Actiones autem arbitrariæ non utique sunt illa, in quibus condemnationem iussus præcedit: quemadmodum sit in vindicatione, ad exhibendum, Quod met. causa. sed ex quibus condemnatio sit officio arbitrioq; iudicis. In actionibus bonæ fidei condemnatio sit ex actionis natura, in qua id additum est, Tum ex bona fide reus damnetur. In actionibus strictis condemnatio sit ex stricta formula, neque in eis amplius quidquam venit, vel actionis natura vel officio iudicis.

Nisi arbitrio iudicis. Non est satis rem restitui, non est satis solui, nisi quod interest ratione loci soluas. Non est satis dedere seruum vt libereris, debes sine dolo dedere. Quid enim si prius venenum dedisti seruo, atque ita dedidisti? Non est satis restituere terem, quam metu à me extorsisti, cum omni causa & fructibus restituere debes. hæc autem officio arbitrioque iudicis debentur, quæ nisi præstes, in ea te condemnat iudex.

Condemnari debeat. L. si quis. §. & si seruum, de dol.

Publiciana. Quæ cum sit comparata ad exemplum directæ actionis in rem, & ipsum quoque directam

Etiam actionem dicendum est esse arbitrariam. §. Et si in rem, infr. de offic. iudic. l. qui restituere, de rei vindicat.

Quod vi. Vet. carent hic, vi: quod probatur à l. 1. de eo quod met. cau.

Et cæteris similibus. Veluti rationibus distrahendis. l. 2. §. 1. de tut. Et rat. dist. Et omnibus alijs quæ in arbitrium iudicis conferuntur, licet nulla sit eis adscripta clausula de restitutione facienda arbitrio iudicis, ne condemnatio sequatur.

Vt omnino. Vet. vt omnimodo. Et paulò post, vel certæ rei.

De incerta quantitate. L. 3. in fin. C. de inut. stipul. l. vlt. C. de an. exc.

Intentione sua. Vet. in intentione sua plus complexus fuerit quàm ei competeat, causa cadebat. Et hoc quidem lege xij. Tab. proditum fuisse, sunt qui existiment, quòd Cic. in hunc modum scribat in 1. de Orat. Quod alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex in xij. Tab. permiserat. quibus ipse non assentior. nam de actione tutelæ Cicero loquitur, quæ lege 12. Tab. in duplum permissa est. l. tres tutores, de adm. tut. ille autem petitor ea lege agendo plus petierat, quàm quantum lex ipsa permisisset, putà triplū vel quadruplum, atque ita litem perdiderat. Patronus nota erat lex xij. Tab. non tamen illa iuris definitio, qua cauetur formula excidere eum, qui intentione sua plus complexus fuerit, quàm ei debeatur.

Causa cadebat. Cassiodorus in Psal. 36. Pollicita suis temporibus expectemus, ne dū volumus promissa festinantius exigere, causa videamur amissione multari.

Rem

Rem amittebat. §. temporales, in fin. infr. de ex-  
cept.

Sicut in alijs. Vet. sicut in alijs causa cognita.  
& paulò post, solitum fuerat.

Iusti erroris. L. 2. C. de act. emp.

Etiã maiori. Seneca lib. 6. epist. Quid enim ali-  
ud agitis, cum eum quem interrogatis scientes in frau-  
dem inducitis, quàm vt formula cecidisse videatur? sed  
quemadmodum illum Prætor, sic hos philosophia in inte-  
grum restituit.

Prolati fuerint codicilli. Testamento confirma-  
ti. alioquin in eis relicta legata non valebant.

Vt plus petijisse. Plus effectu, ipso iure frustra non  
plus. l. qui solidum, de leg. 2.

Maiorem partem. Vet. maiore ex parte.

Suam esse intenderit. Ergò plus re, id est, plus sum-  
ma vel portione, licet plus summa sit, portione minus, vel  
contrà, vt in specie l. 3. §. Iulianus, de coll. bon. plus sum-  
ma emancipati ferunt ex paternis bonis, portione minus  
quàm ex suis conferant.

Ante condicionem. L. pecuniam, de reb. cre-  
dit.

Minus soluere intelligitur. Vt qui ocius soluit,  
plus soluere. l. 15. in fin. de an. leg.

Qui præmaturè petit, Præmaturius agit. l. liber.  
§. pèn. de verb. oblig.

Certo loco. Vet. certo loco stipulatus est a-  
lio in loco.

Romæ purè intendat. Purè agere & cum ad-  
iectione loci, sunt opposita. l. si fideiussor. §. 1. de fide-  
iussor.

Quo

Quo se solut. spondit. *Hæc non sunt in vet. lib.*

Prætor monstrat. *In edicto quo arbitrariam actionem pollicetur.*

Causa plus petat. *Species est causa, qui modus dicitur.*

Alterum petat. *Vet. alterum non petat.*

Maioris pretij est. *Vet. magni pretij sit. Sed hæc quidem, &c.*

Loquitur Constitutio. *Hodie autem. infr. de excep. l. 1. C. de plus pet.*

Si minùs. *Vet. si minùs in intentione sua comp. fue. ac. quam ad eum pertineret: veluti si cùm X.*

Eodem iudicio. *Vet. in eodem iudicio condemnat.*

Sed in eodem iudicio. *Post litem contestatam.*

Quod ex stipulatu debetur. *L. 4. §. vltim. de noxal. actio. l. huiusmodi. §. qui seruum, in fin. de legat. 1. sed decreto prætoris opus est. Ante litem contestatam, post editam actionem idem licet ipso iure ex edicto dedendo.*

Non semper solidum. *Vet. non insolidum exequimur quod debetur nobis, sed modo sol. pers. mo. mi. vt ecce si de filij serui ve peculio agamus. & paulò post, pater dominus ve condemnatur.*

Persequimur. *Th. λαμβανόμενοι. & infr. consequimur.*

Si in peculium. *In peculium, vt l. in persona. §. 1. de pact.*

de pact. l. pen. de cond. furt. l. 1. §. si is qui nauem, de exerc. act. & cap. seq.

Persequimur. *πλομῆ* in verbo, *persequimur*.

De dote in iudicio, *Vet. de dote iudicio*. & paulò inferiùs, quantum facere possit.

Facultates eius patiuntur. *Si facultates habeat. l. vlt. in fin. de custod. reor. vbi etiam casus singularis ponitur, quo quis ob culpam damnatur in id tantum quod facere potest.*

Quantum facere potest. *Præstita nudare promissione de eo quod facere non potest. l. verum. §. item videndum. pro soc. l. 1. §. cum autem. C. de rei vxor. act. & ad hæc Vlpianus adiecerat in Instit. id etiam maritum videri facere posse quod ei mulieri deberet. l. facere, sol. matrim.*

Quia ipso iure. *Rectè, quia. nam deminutio quæ sit ipso iure, retentio est. l. seruus quem, de actio. empt.*

Ex eadem causa. *Hæc verba, ex eadem causa, Theoph. non agnoscit. & sanè etiam quod ex diuersa causa debetur, compensari posse Paulus scribit 2. Sent. tit. 1.*

in reliquum. *Vet. iudex in reliquum.*

Cum eo quoque. *Om. vet. cod. Eum quoque. & paulò inferiùs, creditores cum eo experiuntur. atque ita Ang. Aretinus legit. est autem *σολοιμοφωα* εβ.*

Si postea. *Antea neque agere, neque conueniri potest. l. 7. in prin. de recept. qui arbit.*

Aliquid adquisierit. *Si quid ei ad soluendum facultatis accesserit, si ampliatæ eius facultates fuerint.*

Q

Emo-

Emolumentum habeat. Quo prætor moueri  
possit. l. 7. de cess. bon.

Cum eo experiuntur. Similis Gracismus in l. 23  
§. vlt. de appell. & l. 11. in prin. quod vi aut clam.

Fortunis. Vet. diuitijs.

Quod cum eo, qui in aliena potestate  
est, negotium gestum esse  
dicitur.

Seruetur. Vet. obseruatur. vt & initio §. il-  
lius, infr. & in §. prox. actionem, Quod iussu pollice-  
tur.

Cùm quis seruum suum. Vet. non habet, suum  
& paulò post habent, cui præpositus erat. sic & in  
versic. institutoria. Est autem hæc actio quasi quedã in-  
stitutoria actio. l. 4. C. de instit. act. sed tamen à prætore  
ideò seorsim proposita est, quòd in ea præcipua quedam  
ex utilitate nauigantium obseruantur.

Institutores vocantur. Hæc accepit nomen à seruis,  
illa à dominis.

Eadem æquitatis ratio. Par æquitatis ratio pa-  
ria iura desiderat.

Interueniat. Vet. interueniebat.

Ius dicit. Quid. cod. ius reddit. Th. δικαιοδοσις.  
Intelligit autem edictum prætoris, quo tamen verius ius  
predicitur, quàm dicitur. & ideò non potest edicere is,  
cui, vt ius diceret, à prætore aut præside mandatum est.

Debebitur. Vet. deberet.

Et ideò tributoria vocatur. Hæc verba, ideò  
Tributoria vocatur, non sunt in vet. lib. certè super-  
uacanea

*uacanea sunt: quandoquidem in extremo huius §. que, ait, Tributaria appellatur sic autem habent vet. libri, Et quia ipsi domino distributio permittitur. Nā si quis. quod delata particula, nam, ita corrigendum reor, Et quia ipsi domino distributio permittitur, si quis, &c. Apparet ex eo per hanc actionem distributionem non fieri, sed à domino iniquè factam distributionem accusari, quod etiam confirmat l. 3. §. si seruus. l. procuratoris, in pr. l. illud. §. si cuius. l. quia non. l. vlt. D. de trib. act. l. 3. quan. ex dol. tut.*

*Patitur. Vet. patiat. & paulò post, pro quinque in solidum.*

*Licet enim vna sit. Vet. licet enim vna est. L. 2. C. quand. de pecul. act. an. sit. l. filiusfamil. de in rem vers. l. 2. §. apud Iulianum, de hered. petit. vend. Actioni de peculio inest adiectio, De in rem verso. nam quodcunque seruo dominus debet, in peculium imputatur. Id autem quod in rem domini versum est, seruo dominus debet. l. 1. in fi. l. si pro patre. §. versum. & §. si domini, de in rem vers. ergò id etiam in peculium imputatur. Condemnationes tamè diuersæ sunt, nam de in rem verso dominus in solidum condemnatur, ne que id deduci potest, quod domino seruus debet. l. quedam. l. seruus si in rem. §. cum Sticho. D. eod. Aut enim in rem versum non est, aut domino nihil seruus debet, propterea quòd si domino quid seruus debeat, aut debere incipiat, iam ob id ipsum in rem versum non est, aut esse desinit, l. si pro patre. §. si domini. §. idem querit. l. quidam. D. eod. Cùm verò in rem versum non est, de peculio fit condemnatio, deducto eo quod domino debetur. Verùm enim cùm ex his liquidò constet actioni de peculio inesse*

adiectionem de in rem verso, quod possit etiam compro-  
bari à l. 1. §. filiusfamilias. D. de in rem vers. l. 2. §. apud  
Iulianum, de her. vend. l. 2. quan. de pec. ac. anna. sit. tunc  
solum dicimus necessariam esse actionem de in rem ver-  
so, cum deficit actio de peculio. l. 1. l. si pro patre. §. 1. l. si  
in rem. l. filiusfamilias. D. de in rem ver.

Duas habet condemnationes. Quia & duo ca-  
pita, quae etiam diuidere licet separatim cuiusque facta  
condemnatione. l. pen. C. de sent. & interloc.

Ei ve. Vet. quid ve ei.

In potestate eius sit. Conseruo aut filiofamil. &  
conseruo, nen vicario, vt subijcit, quia quod est in pecu-  
lio, non potest peculio deduci. quod autem ordinarius vi-  
cario debet, est in peculio vicarij, & consequenter in pe-  
culio ordinarij. l. 7. de pecul. non potest igitur peculio  
ordinarij detrabi, & ita si filijfamil. nomine pater con-  
ueniatur de peculio, deducitur quod filius patri vel fra-  
tri debet, qui & ipse in patris potestate est. l. frater, de  
cond. ind. vel quod seruo patris, non etiam quod seruo  
suo peculiari.

Peculium intelligitur. Si hac deductio non fie-  
ret, dominus tenetur supra peculiij modum.

At in tributoria eius tantum. Mercis pecu-  
liaris, vel eius quod ex ea refectum est, nec igitur  
merx peculiaris & peculium idem. Adde actionem de  
peculio etiam in ignorantem dari, & in ea occupantis  
meliolem conditionem esse. quod non est in actione tri-  
butoria.

In praedijs vel. Vet. in praedijs & mancipijs &  
foenebri.

Et nepote. Vet. aut nepote & nepte, vel pa-  
tre &



re & auo, in cuius potestate sunt.

Qui in potestate. *Vet.* qui in parentis erunt potestate.

Denegatur actio. *Denegari etiam dicitur actio, quae ipso iure competit, sed exceptione eliditur, vt l. nam postea, in pr. de iureiur. l. 7. §. non solum. l. 9. §. hoc S. C. ad Macedon.*

Onerati ære alieno. *Serui non onerantur ære alieno, iure civili. §. item inutilis, supr. de inutil. stipula. l. 14. & 43. de oblig. & act.*

Directò. *Ac planè suo nomine, tanquàm si cum eo solo negotium gestum esset certi conditione. Paulò post ait, principaliter. ex quo apparet idem esse directò & principaliter, vt & in l. vlt. D. de legat. lib. 3. Certi conditionis principalis est actio siue directa. Quod iussu, De in rem verso, Institutoria, Exercitoria, veluti accessoria quadam sunt actiones. Ergò agitur cum patre domino-ve, aut quasi cum reo principali, aut quasi cum accessore. Directa actio utili opponitur, opponitur contraria. idq; translaticium est. opponitur verò etiam honoraria, l. electio. §. si plurium, de nox. act. & accessoria. l. deferre. §. vlt. de iu. fisc. & preparatoria. l. 3. §. idem subiungit. l. si quis hominem. D. ad exhib.*

## De noxalibus actionibus.

Aut ipsum hominem. *Quid. cod. aut hunc hominem. quid. aut hominem. hos verò probari potius quàm illos. malim tamen, aut noxam dedere. vt in §. 1. infr. de offic. iud. l. 1. D. de nox. act. alioqui non rectè sequitur, Noxa autem est corpus. sed noxa e-*

tiam pro peccato accipitur. Noxa igitur hominem dedere, id est, pro peccato. quod alibi ad noxam, in noxam, l. si iure. §. vltim. de nox. act. l. i. §. cum arietes, si quadr. paup. fec.

Noxa autem est. Noxa veteribus pro reo ipso, ut crimen, carcer, metallum. alia noxa & noxia idem. Seruius in Virg. Quaedam noxa qua nocuit, noxa id quod nocitum est accipiunt.

Dom. nis damnosam esse. L. 7. §. hoc edictum, de dam. infect.

In perpetuum. Quia nec redit ad eum dominium, si ei cui deditus est, soluat estimationem damni, sed ab eo manumittitur.

Cui deditus est seruus. Vet. non habent, seruus.

Veluti furti. Vet. veluti furti lege 12. Tabul. damni iniuriae lege Aquilia. Recte autem Acc. noster, furti nec manifesti. Actio enim furti nec manifesti in duplum est ex xij. Tab. Actio furti manifesti in quadruplum, est e iure praetorio, quod & ex recentioribus Ant. Augustinus probat, & Ant. Contius Biturigum schola non incelebris Doctor fortiter defendit. & mihi verissimum videtur.

Interdicitur actio. Legendum, intercidit. Th. & πος βένυται, non interdicitur, ut plerique Codices habent.

Masculis & foeminis. L. 5. §. pe. De oblig. & act. & Paulus 2. Sent. tit. de furt.

Dari, ut pene. Om. vet. cod. dare ut pene per corpus pater magis: rectissime. Sensus est. Patrem per corpus suum propemodum periclitari magis quam filium.

Noxal.

Noxal. act. esse proponendas. *L. penult. in fin. C. de furt.*

Pro suis delictis posse conueniri. *L. 4. de condi. furt. l. 34. de nox. actio.*

Si quadrupes pauperiem fecif.  
se dicatur.

Si noxæ dedantur. *L. 7. §. hoc edictum, de dam. infect.*

Scripta est. *Vt l. 12. qui & à quib. mand. quia ita lex scripta est. Dedito Reo prodest ad liberationē, quoniam ita lex xij. Tabul. scripta est. At quæ sequuntur, utputà si equus &c. exempli gratia ponuntur, nec sunt ex xij. Tabul.*

Quia desijt. *Vet. cod. quia desinit.*

Dominus esse. *Idem quoque obseruari in seruo docuit capite superiore.*

Pauperies autem. *Quid ergò fiet, si quadrupes depasta sit agrum alienum? Depasci enim est vri, vti autem non est damnum dare. l. qui occidit. §. si quis alienum. D. ad legem Aquil. sed tamen vna eademque lege simul, de pauperie quadrupedum, & de pastu pecoris prodita est noxalis actio, auctore Paul. li. 1. Sent. eo. ti.*

Sensu caret. *Ratione, iudicio, affectu, vt l. quamuis. §. infans, de adq. poss. Aristot. 3. de Anima 3.*

Hæc quidem. *Vet. hoc est quod ad noxalem actionem pertinet.*

Verrem, aprum. *Hinc planum fit in l. hi enim, de edil. act. hæc verba superesse, vel minorem.*

Et de pauperie locū habebit. *Quasi ex duobus*

*L. 4 factis,*

Etis, quod ipse fecerit contra edictum qui ibi canem aut verrem habuerit, & quod canis aut verres pauperiem fecerit.

De eadem re. Non tamen ex eadem re vel facto.

## De his, per quos agere possumus.

Alterius nomine agere non posse. *L. nemo alieno, de reg. iur.*

Pro populo. Pro populo, syndicus, actor: pro libertate, assertor: pro tutela, tutor: sed & pro populo, pro libertate, & de suspecto tutore, quilibet experiri potest.

Pro libertate. *Liuius 3. In his quæ adferuntur in libertatem, quiuis lege agere potest.*

Sed quia. *Vet. & quia. & paulò post, multæ iustæ causæ.*

Neque certis verbis. *Et hoc est quod Paulus ait libr. 1. Sentent. Procuratorem nudis verbis constitui. sequitur ex vet. lib. neque præsentem aduersario, immò & plerunque.*

## De Satisfactionibus.

Si victus esset. *Vet. non habent, esset. Sunt verò huius satisfactionis vestigia quadam in l. si petitor. l. si seruus. & passim sub tit. iud. sol. l. pen. de dolo. l. si eum hominem, de fideiuss. l. in causa. §. si ex parte, de procur. l. 2. de prat. stip.*

Multo magis is. Nam & procurator locuples & idoneus satisfacere cogebatur, non etiã reus locuples. *l. minor.*

nor. §. vlt. l. sed & ea. §. defendere. de procur.

Satisfidare cogebatur. Non tantum de iudicatio sed etiam de rato. l. Pomponius. §. sed & is qui. de procurat. De iudicatio cauet etiam si apud acta constitutus vel alias confirmatus sit. l. 1. C. de satisfidat. non tamen de rato.

Satisfidare debere. Non de rato tantum sed & de iudicatio soluendo. vt l. 2. §. vlt. de administ. tut. ex edicti forma.

Verba edicti. L. seruum. §. ait prator. de procura. vulgo autem receptum est, vt ne caueant de rato, quia domini sunt: & verò rem in iudicium deducunt, nisi si dubitetur, an tutores vel curatores sint, vel an administratio eis commissa sit. l. vulgo. de admin. tut. quod & in actoribus vniuersitatum obseruatur. l. item. §. actor. quod cui. vniuers. Actores autem tutorum vel curatorum omnimodo cauent de rato, id est, siue dubitetur de decreto, siue non. l. actor. rem rat. hab. idemq; dicendum est de procuratoribus, siue constet de mandato, siue non.

Satisfidatio remittebatur. L. vulgò. de adm. tut. l. 3. §. si procurat. vt in pos. leg.

Omnimodo satisfidaret. Iudicatum solui. Defensor in iudicijs in rem & de rato cauet & iudic. solui. De rato ideo, quia si fortè fortuna ipse vincatur, periculum est, ne reuersus dominus rem, qua de agitur, suam esse petat. In iudicijs in personam, de iudicio cauet, non de rato, l. de pupillo. §. penu. §. vlti. de no. op. nunt. nam condemnato defensore, non est ratio, qua possit dominus retractare id, quod actum est, exceptis quibusdam, in quibus & ob eam rem de rato exigitur cautio. l. sed &

Q 5 ea.

ea. §. vltim. & l. prox. de procurat.

Idoneus esse creditur. Licet sit idoneus. Idoneus qui rem suam defendit non satisfat. Idoneus, id est, locuples.

Satisfadare non cogebatur. L. qui ex parte. de inter. in iur. fac.

Siue personali. Vet. siue in personam. & in §. si verò reus, vel in personam.

Pro litis æstimatione. Id est, iudicatum solui.

Sed pro sua tantùm. Hodie Reus non satisfat iudicatum solui, sed iudicio se ad futurum vsque ad finem litis aut satisfat, aut iurat, aut repromittit. Iurat vir illustris. l. quotiens. C. de dignit. & qui immobilia possidet. l. sciendum. qui satisfad. cog. l. in sacris. 3 C. de prox. sac. scrim. l. multis. C. de princi. agent. in rebus. Nou. Val. de episc. iudi. Repromittit clericus in quibusdam causis, qua de re agitur in l. cum clericis. & l. omnes. C. de episc. & cler.

In iudicio permaneat.  $\pi\rho\alpha\gamma\alpha\ \mu\epsilon\upsilon\epsilon\pi$  Plato Phaedone: & vsq; ad sententiam.

Pro qualitate personæ. L. 1. de rip. mun l. vltim. C. de pet. hered. nec enim satisfat vir illustris, aut qui ampliss. facultates habet. l. 1. de cust. reor. Fideiussores idonei dantur pro qualitate rei, qua de re agitur. l. 1. D. in ius voc. vt eant. l. si verò. §. 1. qui satisfad. cogn. non vt Accur. opinatur pro qualitate Rei cum quo agitur. Mouetur edicto pratoris, cuius sententia hac non est, à parēte, quo cum agitur similibusq; personis qualescunq; fideiussores dari, sed earum personarum fidei, etiam si locupletes non sint, reos committi. Sensus autem horum verborum, pro qualitate personæ suæ, hic est: pro qualitate

litate reorum aut fideiussoriam, aut nudam ab eis re-  
missionem prestari.

Per alium inferunt. Ipsi autem non satis-  
dant.

Satisfactionem solemnī stipulatione. *Vet. cod.*  
satisfactionis solennes stipulationes. & rectè,  
nam tres hæc satisfactio clausulas habet.

Conuenire compellitur. *Pacisci. sic l. 7. vt leg.*  
*nom. ca.*

Promiserit. *Promiserit, id est, repromiserit suo no-*  
*mine. Cauert, id est, fideiusserit alieno.*

Heredes eius. *Vet. heredes sui.*

In iudicium veniet. *Quid. cod. in iudicio inue-*  
*nietur. & Theo. εὐγενής τὸ αὐτὸ τὸ δ' ἰνασκήτω, quod*  
*probo.*

Fideiussor. *Omniño delendum est hoc nomen.*

Ita tamen vt satisfactionem. *Datis fideiussoribus*  
*& quandoq; etiam pignoribus. l. 1. §. vlt. quib. mod. pign.*  
*vel hyp. sol.*

Idoneus intelligitur. *Sine satisfactione iudicium*  
*solui. l. 26. de min. l. 18. §. vltim. de cast. pec. l. qui pro-*  
*prio. §. qui alium. de procur. l. 3. §. vlt. ver. amot. vel iu-*  
*dicio sisti. l. 17. de accus. vel damni infecti. l. 166. de reg.*  
*iur.*

Quotidiano. *Vet. à quotidiano. & in §. vlt. cū*  
*necesse est.*

In hac regia Vrbe. *Horatius. Mibi iam non regia*  
*Rom, sed vacuum Tibur placet.*

Caput. *Ouidius de Roma. Immensi caput orbis erit,*  
*At Iustinianus intelligit de noua Roma, id est, Constan-*  
*tinopoli.*

De

De perpetuis & tēporalibus actionibus,  
& quæ ad heredes vel in heredes  
transeunt.

Perpetuo solere. In infinitum.

Certos fines. 30. aut 40. annorum. Omnium autem celeberrima est constitutio Theodosij de præscriptione xxx. annorum, l. sicut. C. de præscript. xxx. de qua & in No. Th. & Val. de xxx. præscr. & in No. de epis. iud. Sidonius Apollinaris libr. 8. Per ipsum ferè tempus, ut decemviraliter loquar, lex de præscriptione tricennij fuerat proquiritata, cuius peremptorijs abolita rubricis lis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur. Intelligit autem Sidonius Nou. de præscript. xxx. anno. nam ut ex eodem auctore apparet Asterio consule ea lex proquiritata ( & id quidem decemvirale verbum est ) fuit. De hac præscriptione Cassiod. libr. 5. Tricennales, inquit, humano generi patrona præscriptio eo quo cunctis vobis iure servabitur. & sudas in verbo, πρισια, ἐμεσκηὸς ἐπεὶ δὲ ὁ νόμος ἐμποδῶν ἴσατο τὰς μὲν ἄλλας δίκας ἀπάσας ἐς τριακοιτοτὶν παρὰ γραφὴν ἄγων, ὀλίγας δὲ ἄττας καὶ τὰς ὑποθηκασίας πάσας μ. ἑνιαυτῶν μήκει ἐκκρῶν. Quòd autem ait de hypothecarijs & præscriptione XL. annorum, in debitoribus locum obtinet & heredibus creditorum & posterioribus creditoribus quamdiu debitor superstes est, alioquin ad hypothecariam sufficit triginta annorum præscriptio. Addit & in quibusdam alijs causis necessariam esse præscriptionem XL. annorum, quod ex titul. de præscript. xxx. vel xl. annor. quia colligi potest, nos q̄ id ad  
maio-



maiores scribendi diligentiam reseruamus, nunc pre-  
termittimus.

Intra annum. Intra annum utilem. l. 22. §. vlti. de  
lib. caus.

Viuerē. Viuerē, vt l. 3. C. de præscr. 30. ann. viuendi,  
vbi malè Bas. ἐντεῖν pro ἐνν. & l. 1. C. de an. excep. vitā  
longiorem & l. 3. C. de temp. ap.

Bonorum possessori. Possessoria hereditatis pe-  
titio est perpetua, sed & quæcunque alia actio bon. pos-  
sessori datur rei persequenda gratia vel in bonor. pos-  
sessore. l. 35. de obl. & act. imò & quæ alij vel in alium.  
l. 3. §. pen. nau. caup.

Cæterisque. Vtputà ei cui libertatum causa bona  
addicuntur aut bonorum emptori, aut ei qui omiſſa cau-  
ſa testamenti ab intestatò possidet hereditatem aut he-  
redi instituto sub conditione iurisiurandi cui prætor eā  
conditionem remittit.

Accommodat. His addatur actio ex edicto, Si mē-  
sor falsum modum dixerit. l. 4. D. eod. actio in factum in  
duplum ex edicto Nautæ caup. l. vlt. §. pen. D. eod. & a-  
ctio serui corrupti. l. 13. de ser. cor.

Absurdum. Cur absurdum? quia leuiorem eam fe-  
cit quàm esset ciuilis, & absurdum esse existimauit eam  
etiam facere breuiorem. erit ergò perpetua vt ciuilis, sed  
non durior vt ciuilis.

In heredem rei. Non est, rei.

Ex maleficijs pœnales. Quæ pœna nomine concipi-  
untur. l. 9. §. vlt. de reb. auct. iud. pos.

Et si qua alia similis. Huic similis fuit actio, De  
moribus. l. vlt. C. Th. de inc. nupt. l. rei. §. vlt. sol. matri.  
& ingrati ex l. 7. C. de reuoc. don. et in factum ex l. pen.  
de

de iniur. voc. quæ vindictæ, non pecuniæ persecutionem habent.

Veluti cùm testator. In vet. lib. non est, veluti. quod rectissimum est: ne alioquin hac sententia pug-  
nare videatur cum l. an ea. D. de divers. reg. iur. Quan-  
do autem non detur in heredem actio ex contractu, ex  
defuncti dolo, demonstratum est in §. planè. supr. de a-  
ctionibus vbi dupli actione de dolo defuncti heres non te-  
netur.

Nihil ex dolo peruenit. Nec enim ex omni dolo  
defuncti tenetur heres, licet actio ex contractu descen-  
dat, sed ex eo tantum quod rebus actoris damnum attu-  
lit. l. 1. C. de hered. tut.

Contra heredes. L. vlt. de fid. instr.

## De Exceptionibus.

Tamen iniqua sit. Cic. in Part. Excipit iniquita-  
tem actionis.

Efficax est. Imo inefficax & inanis, quia eliditur  
exceptione. Sed efficax origine non exitu si opponatur  
exceptio. nam exceptio inefficacem constituit actionem.  
l. 1. C. Si aduers. cred. l. 14. de iur. dot. quia nihil actor ex  
ea consequitur. §. temporales. infr.

In factum composita. Vt l. vlt. in fin. C. de an. ex-  
cep. vet. lib. exceptiones compositæ sunt. Quòd ait compo-  
sita, ad solam exceptionem in factum referendū est, quæ  
& in factum concepta dicitur. l. quod de bonis. ad legem  
Fal. Est autem hæc erroris exceptio.

Non omnimodo dissoluuntur. Quia ipso iure  
consistunt, per exceptionem dissoluuntur.

Si

Si apparet. *Quid. cod. si paret.*

De periurio. *Nec enim queritur an peierauerit, sed an iurauerit. Stari enim iuriurando oportet. l. 21. de dol.*

Exceptionem iurisiurandi. *Defendi etiã potest per exceptionem pacti. l. sed etsi servus. D. de iure iur. nã iusiurandum ex pacto venit. Ex hac etiam exceptione & alijs omnibus oritur generalis exceptio doli. l. 2. §. & generaliter. D. de dol. exceptio.*

Siue in personam. *Et tu scilicet absolutus fueris.*

Nihilominus obligatio. *Serua obligationem dici etiam in iudicio in rem, vt l. fundum. de euct.*

Durat. *Res iudicata ipso iure non tollit pristinam ciuilem obligationem, sed non ideo tamen minus ipsa parit ciuilem obligationem & actonem iudicati. Et in iudicijs quidque in rem, nec vero domino adimit, nec aduersario eius prebet vindicationem. l. 3. §. vltim. de pign.*

Legis vicem obtinent. *Ex S. C. vel Constitutionibus. §. quos autem. sup. de bon. poss.*

Ne int. cert. temp ageretur. *Petere & agere, & rem exequi, idem.*

Quibus intra certum tempus. *Certum pro statuto, aut, vt Th. legas, intra tempus.*

Cum temerè. *Quia obstat exceptio rei iam ante in iudicium temerè deductæ & consumptæ, id est, exceptio rei iudicatæ: atque ita obstabat ante tẽpus, dilatoria, post tẽpus peremptoria exceptio, ideo rẽ amittebant.*

Vt

Vt verò res in iudicium illud prius deducta videatur, necesse est actorem egisse purè, sibi dari oportere: namq; si egerit sub exceptione hac, Cuius pecunia dies fuerit, & reus iudici probauerit eius pecunia diem nondum esse, nec malè egisse, nec rem in iudicium dedisse & consumpsisse videtur. Quamobrem à Q. Pompeio Pratore, ut M. Tullius refert in 1. de Orat. cum petitor ante diem puram actionem sibi dari postularet, rei patronus perquam stultè contendebat, sine illa exceptione actionem dari non oportere: neque intelligebat si purè actum esset litem eum amissurum, si sub exceptione, post tempus eum denuò rectissimè acturum. Similis fuit imperitia Hypsai & Octauij, quæ à me fuit explicata in §. si quis agens. supr. de actionib. Est de tutela ex xij. Tab. actio Rationibus distrahendis in duplum. Hypsæus pro pupillo à M. Crasso prator postulabat, ut sibi liceret in triplum agere. Octavius pro tutore non nisi in duplum actionem dari oportere contendebat: neq; intelligebat, si in triplum actionem impetrari sciuisset, hoc solo se tutelæ actione liberatum iri.

Vel obligationis litem. Obligatio pro contractu, ut in idiotismo: & serua discrimen, quia pactio non est obligatio pro pignore. l. 2. C. de rep. hered.

Natura actionis continet. Hæc respondent his quæ dixit antè, pactio vel obligationis. Inducias actor indulget ex pactio. Natura actionis continet si obligatio sit concepta in diem vel sub conditione.

Contempserit. ἀπὸ κοινῶς, quas ipse actor cōtempserit.

Sine offensa militaris. In vet. non est, militaris.

Propter

Propter infamiam. *Vel reatum. l. reum. C. de procurat.*

Vel dantis. Honor est per procuratorem posse litigare. *l. ult. C. de iniur. quo infamis indignus est.*

Vel ipsius procuratoris. *L. in exceptionibus. de probat. Paul. . sentent. titul. 2. infames cognitores fieri non posse. Quint. 4. Malè petis, procuratori enim tibi esse non licet. sed neque illi cuius nomine litigas habere procuratorem. & alio loco. Non licet tibi agere mecum. cognitor enim fieri non potuisti. & Fortunatianus. Reum negare infamem agere posse. Et tamen infamis pro alio postulare non potest. Aduocati enim maior dignitas est quam procuratoris, quãdo quidem aduocatorum corpus seminarium dignitatum est, vt Valent. ait Nou. de popul. & conuenienter Sidonius, Aduocatorum cum finiuntur actiones, tunc incipere dignitates. Et Emodius, Nota proximitate sochari causidicum & senatorem.*

Disceptatio proteletur. *Ne de apicibus iuris disputetur. l. si fideiussor. §. quedam. Mand.*

### De Replicationibus.

Vt ita demum condemnetur. *Ex hoc loco discere quod in exceptionibus quæ plerumque ita concipiuntur, Si non, vel Nisi, vel tacito intellectu præmitti oporteat.*

Etiam fideiussoribus. Et omnibus intercessoribus, & aliquando expromissoribus. *l. i. §. except. Quar. rer. act. non det. Eis verò quæ sita semel exceptio inuitis non extorquetur. l. vltim. D. de pact. cui non aduersatur. l. si vnus. §. pactus. eod. tit. nam in eo §. hac verba, Eadem*

R . . . ra-

ratione. sic accipienda sunt, si ipsis scientibus posterius pactum interpositum est, ut qua ratione Reus amittit exceptionem, eadem etiam amittant fideiussores.

Peti videtur. L. aduersus. De recept. qui arbit. recep.

Quia mandati iudicio. Igitur quo casu mandati iudicium cessat, & hac quoque iuris definitio cessat.

Redditurus est. Aut si soluendo non sit fideiussor pecuniam amissurus. l. fideiussori. de don.

Si bonis cesserit. Vet. rectè, Nisi, & Theod. *ἄλλ' εἰ μὴ ἔξω.* & Basil. ad l. 3. C. de bonor. aut. iudic. poss.

Quia qui alios. Non quia persona cohæreat, cum & heredi proficiat.

Suum consequi. Quint. declam. 273. Sponsor in hoc accipitur ne creditor in damno sit.

## De Interdictis.

Actionis verbo continentur interdicta. l. actionis, D. de oblig. & act. Cic. pro Cæcin. Vtrum hanc actionem habetis, qua vos vfi sumus. Ceterum hoc inter se distant, quod actioni addatur iudex, interdicto non item.

Fiebat. Quid. cod. faciebat.

Veluti vim. Vt interdicto, Vti possidetis, vel vtrubi, nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario possideti, & de superficiebus, ADVERSVS EA VIM FIERI VETO: quod & in l. 1. D. vti poss. & ex Aelio Gallo integrum ab Sext. Pompeio proponitur, vbi quid sit possessio definit.

Cuius de libertate agitur. Obstare videtur. l. 3.

§. pla-

§. planè. de lib. hom. exhib. sed de libertate tuenda hic agitur, nec inuitus retineatur quem certè constat esse liberum, non de eo qui tanquam seruus possidetur de quo adsertori competit actio ad exhibendum. l. 10. Ad exhib. nõ interdictum exhibitorium. Quæ sequuntur etiam de liberis & libertis intellige quibus aduersarius non facit controuersiam status.

Aut libertum. De liberto exhibendo interdictum competit ad exemplum interdicti de liberis exhibendis. l. 2. §. iuris. de interd.

Quia inter duos. Sic constanter habent omnes lib. script. non quia interim. Isidorus tamen & Anianus in Notis ad Paulum lib. 5. sent. interdictum definiunt, sententiam interim dictam.

De rebus coloni. Aduersus extraneum possessorem, vt Th. adijcit, quod fit utili, non directo Saluano. Pignori futuras pepigisset. Nec enim tacito iure censentur obligatae.

Petitoria actio. Quid. cod. petitoris actio instituit: quia & ciuilis & naturalis ratio persuadet, vt, &c.

Et potius possidere. Illa, & potius, expungenda sunt ex auctoritate lib. scrip.

Nec vlla dubitatio. Possessio nudo animo retinetur, nudo animo amittitur, nudo animo non acquiritur. Sunc qui contendunt nudo quoque animo possessionem non amitti ex l. quemadmodum. D. de acquiren. possess. sed ea lex, vt apparet ex inscriptionum similitudine, conferenda est cum l. ferè. D. de diuer. reg. iu. In qua merito additur ferè. nec enim omnino vt acquiritur, ita etiã amittitur possessio: nam etsi non amittitur solo corpore,

propterea quòd solo animo retinetur, solo tamen animo amittitur. nec est alia ratio, propter quam videatur additus ille articulus, ferè. fuit autem hæc Ioannis sententia, quam his verbis interpretes Græci exprimunt, καλός, οὐκ, τὸ χεῖρόν, καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ νόμῳ πρόκειται. ὅτι γὰρ πρότερον οὐνόμαστα κτήσασθαι νομῆν τινὸς πράγματι, οὐ πάντως πάντην τούτῳ καὶ ἀποκτώμεθα.

Nemo potest. L. 4. C. de adq. poss. Verum amitti solo animo potest.

Interdictum inde vi. Hoc est momenti interdictum, quod & celeris reformatio dicitur. De eo tractatur in tit. Unde vi & de vi armata. sic enim legendum est, meo iudicio: idq. indicat l. 3. §. penul. D. de interd. M. etiam Tullius in Ora. pro Cæcinnâ, duo interdicta facit, Interdictum Unde vi, & interdictum. De vi armata, siue, De vi hominibus armatis, aut, De hominibus armatis.

Vel precario possidebat. Quod non semper obtinuisse videtur. nam in fragmento legis Thoria ita legitur, Quæ ex possessione vi eiectus est quod eius is qui eiectus est possederit quod neq. vi neq. clam neq. precario possederit ab eo qui eum ea possessione vi eiecerit, facito ut ei restituatur.

Aestimationem rei. Vel aliam rem eiusdem meriti, ut Cassiodorus ait 3. Var. & confirmat l. 4. C. fin. regu. quæ cum esset tantum de finibus per vim & iniuriam vicini interuersis, Constitutione Valentiani prorecta est ad quamq. possessionem alienam.

De vi publica. Omnis vis armata, est publica: non  
tamen



tamen omnis vis publica est armata. nam & sine armis offendi potest Respublica, ut in specie l. 7. l. 8. l. qui dolo, l. ult. D. de vi publi.

A&toris partes sustinet. L. 37. de obligat. & action.

Omnia iudicia. L. 2. ex quib. ca. mai. & omnia tã criminalia, quam ciuilia.

## De pœna temerè litigan- tium.

Modo pecuniaria pœna. Ut §. temporales. in fi. illo loco, cum temerè rem in iudicium deducebant, & §. seq. sup. de except.

Vel tripli. Absunt hæc à vet. lib. & meritò: nulla enim est in inficiantem tripli actio. Quidam cod. hæc non habent, vel tripli, quidam habent, sed ex puncta, quidam non ex puncta. Theophilus ea retinuit: quando quidem apud eum non εἰς τὸ τετραπλοῦν, ut vulgò, sed εἰς τὸ τριπλοῦν, omnia exemplaria manu exarata habent. Et poni potest ex iure veteri exemplum in actione furti concepti vel oblatis, quæ fuit in triplum auctore Paulo & Gellio, sed ut vero simile est non nisi aduersus inficientes.

Statim autem ab initio. Serua diligenter quod ait, statim ab initio εἰς ἀντιδικασολῆς actionis legis Aquiliae & actionis legatorum de quibus dixit ante. eæ enim actiones ab initio non pluris quam simpli actiones sunt, sed postea secuta & conuicta in iudicio inficiatione, crescunt in duplum. quare distant eæ actiones non

tantum ab actione furti, sed etiam ab actione serui corrupti. nam & hac ab initio in duplum actio est. unde petenda est ratio differentiae inter actionem serui corrupti quæ in duplum. l. 14. de ser. cor. & actionem legis Aquiliae quæ in simplum tantum venit in petitionem hereditatis. l. item veniunt. §. cum prædiximus. De pet. hered.

Et alijs quibusdam. Veluti serui corrupti vel ex causa edicti de calumniatoribus.

Ex nostra constitutione. Additur in quibusdam cod. manuscriptis, quòd non calumniandi animo litem mouisset, sed existimando se bonam causam habere. quod mihi valdè probatur: nam vt superius iusiurandum rei definitum est, debuit & hoc loco actoris iusiurandum definiri.

Et damnum. L. vltim. C. quand. pro. non est. nec. detrimenta. l. 4. C. de fruct. & lit. exp. dispendia namque legendum ibi est post dispendia, post sumptus, vt in Bas. τὰς ἀπονήματα καὶ τὰ ἐπιώματα.

Pro socio. Et olim fiducia etiam in minimis rebus & ex culpa leui. In ceteris in quibus & dolus & culpa venit ex dolo tantum, in deposito autem dolus duntaxat venit.

In ius vocandus. Rectius vt edi curavi, ita legas, in ius vocandus est ad eum qui ius dicturus sit, vt l. 2. Si quis in ius voc. non ier. ad prætorem vel alios qui iurisdictioni præsumt, in ius vocatus. & in lege Seruilia, ad iudicem in ius ducito, & apud Gellium 13. cap. 13. ad prætorē in ius est eductus. & in Ephemeride Cesaris. ad Cesarē in ius adierunt.

Ali-

Aliter vocauerit. *Vt in sanctionibus legum, qui aliter fecerit.*

De officio iudicis.

*De eo quod iudex datus efficere debet. l. 32. §. de offic. de recep. qui arb. rec.*

Aditus est. Legendum, additus est. *vt in l. cum furiosus. l. iudex. l. si in iudicis. C. de iudic. l. quod si Ephe si. D. de eo quod certo. lo. l. si qua. l. filij. C. famil. ercisc. l. debitor. §. vlti. D. ad Trebell. Iudex additur actioni in hunc modum, L. TITIVS IVDIX ESTO, SI PARET PRIMVM SECVNDQ C. EX TESTAMENTO DARE OPORTERE, TVM PRIMVS DAMNETVR: idq; ex Cicerone intelligi potest in 4. Act. in Verr.*

*In x. aureos. Vet. Titio decem aureis.*

Condemno. *Serua precedere verbum Condemno, & sequi aut noxam dedere. Ait enim l. 6. de re iudi. pecuniariam condemnationem, noxae deditioem sequi & in decem duntaxat dominum condemnari & iudicati tenere in 10 tantum. Edictum quoque de deiectis effusis aperte ostendit adiectionem potius actionis quam actionem esse hanc, Aut noxae dedere. Non est autem integrum noxae dedere si iudicati conuentus litem contestatus fuerit. l. item veniunt. §. idem recte ait. de pet. hered.*

*Noxam dedere. Sic in l. 1. D. de his qui effud. vel deiec.*

*Sine frustratione. L. 9. in fin. com. diuid. & infr. §. prox. Non difficultate restitutionis, sed moranda restitutionis causa.*

R 4 Ve-

Cum fideiussore. L. 11. & l. 27. §. si per filium. de rei vind. & inf. §. prox.

Eadem ratio penè. Dixit ergo supra de fructibus perceptis, nunc de non perceptis. & ait, Penè, quia non percepti veniunt in petitionem hereditatis ipsius actionis iure & potestate, quasi his verbis, Si paret hereditatem meam esse, appellationis hereditatis contineantur fructus ante percepti, tanquam augmenta hereditatis, aut percipiendi, qui & ipsi pro perceptis habentur. In actione autem in rem speciali, veniunt tantum officio iudicis, quia rei appellatione, veluti fundi, non continentur fructus, nisi pendentes.

Si prædo. Prædo dicitur quicumque mala fide possidet etiam si rem non invaserit, ut l. non solum. de noxal. act. qui fingit sibi titulum aliquem. l. 1. §. non quaerimus. Si quis omis. ca. test.

Caueat se restitutum. Verbum exhibere etiam restituendi significationem habet. l. Iulianus. §. quantum. Ad exhibendum. l. patrem. Quæ in fraud. cred. iussu iudicis. Arbitrio iudicis. nam & hæc arbitraria actio est.

Prægrauare. Si alteri obuenerit res maioris pretij, si alterius pars præponderet. Seneca 3. Nat. quest. Natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat ne portionum æquitate turbata mundus præponderet.

Coheredi. Cuius pars minor est. M. Tullius ad Atticum. Pars quæ videtur esse minor licitatione expleri potest.

Veluti si homo. Legendum, vel homo: auctoribus lib. vet. quod rectum est.

Eo quoque nomine. Quia mixta est actio tam in rem, quàm in personam, ut & duæ quæ sequuntur. Et eæ quidem sunt præstationes personales, ut & in §. vlt. infr.

Vel arbores finales cecidit. Quo exemplo etiam in iudicio Communi diuidendo vtitur. l. 8. §. venit. com. diuid.

Cui adiudicatum est. Vlpianus lib. Reg. Ad iudicatione nobis adquiri res mancipi, & nec mancipi. & tamen adiudicatione nominum obligatio non mutatur. l. 3. famil. ercisc. l. liberto. §. Lucius, de ann. legat.

## De publicis iudicijs.

Cum cæteris. Vet. lib. non habent, cum.

In exercendis. Alio more publica iudicia instituntur, quàm priuata, nimirum cum inscriptione, alio quoque ordine & ritu probantur & exercètur, nec præscriptiones peremptoriae in eis obijciuntur post litem contestatam, ut fit in iudicijs priuatis.

Quod cuiuis ex populo. L. 30. D. ad leg. Cor. de fals. l. 30. C. ad leg. Iul. de adulter. Publica ergò iudicia inde nomen trahunt, quòd patent omnibus. l. quamuis. 2. C. ad leg. Iul. de adult. l. lege Cornelia testamentaria. D. ad leg. Corn. de Falcid. Eadem ratione popularia iudicia sunt publica. l. eum qui. §. in popularibus. D. de iur. iur. ex quo efficitur, ut alia sint iudicia publica ciuilia, alia criminalia.

Plerumque. Id est, nisi cui lege aliqua agendi publico iudicio non est potestas. l. palam. §. senatus. D. de ritu nupt.

R 5 tu nupt.

nupt. Cur ait plerumque? An quia non cuilibet patent iudicia publica. l. palam. §. Senatus, de rit. nupt. An quia hodie adulterij crimen constante matrimonio non patet nisi personis quinque.

Afficiunt homines. Vet. non habent, homines.

Extendit. Quid. cod. ostendit.

Memoria rei. Th. rectè, memoria Tyranni, notato. §. per contrarium, lib. 3. c. 1.

Temeratores. Sacrilegos in l. quamuis. 2. C. ad leg. Iul. de adult. l. 4. C. Th. quor. app. non recip.

Gladio. Legis Iuliae poena relegatio fuit. Quòd igitur ait, gladio, non est ex rogatione Iulia, sed abrogatione.

Cùm quis sine vi. L. vim, in princ. de adult. coer. Honestè viuentem. Non si meretricem. l. si ea qua. C. ad leg. Iul. de adult.

Stupratoribus. Omnes vet. lib. peccatoribus. vt in §. item lex Iulia, de vi. infr. peccatores. In vsu est peccare & peccatum specialiter dicere de stupro vel adulterio. Quid interest in matrona ancilla peccesve togata. Peccati conscia herilis. Estne marito matrona peccantis in ambo iusta potestas. Quam turpi Philoë peccet adultero. Non hac peccatum est parte mariti tibi.

Sed & nunc omne. Vet. sed & omne significatur, quod manu cuiusdam mittitur.

A Græca voce. Vet. à Græca voce figuratū, ἀπὸ τοῦ κλάδου, vt in l. si caluitur, de ver. sig. malè Theop. ἀπὸ τοῦ βλάστος.

Admonet, Indubitatè legendum hoc loco est ita, vt in

vt in l. si caluitur. & apud Theophilum.

Sicarij. Sudas, σικάριοι ληστῶν γένος, σικὰς δὲ τὰ ἐπικόμπη ξιφῆμαϊοὶ καλῶσιν.

Affinitatis. Legendum, affectionis eius quæ nuncupatione parricidij continetur, fata pro-  
perauerit. vt in Constitutione Constantini, cuius sen-  
tentia parricidia more maiorum, nō Cornelia, aut Pom-  
peia lege coercentur.

Properauerit. Properauerit, non preparauerit. Vo-  
piscus in Probo, Fatalem properauerit necessitatem. Se-  
nesa in Her. furente, Quid iuuat durum properare fa-  
tum? Petronius, Vltimum hoc gaudium fati properanti-  
bus rape.

Mortuo anferatur. Quint. Decl. 299. Cui lex lu-  
cem viuo, fluctuanti mari, naufrago portum, morienti  
terram, defuncto sepulchrum negat.

Vel aliud instrumentum. Hoc adiectum est le-  
gi Corneliae. Lex enim ipsa non nisi de nummis aut de te-  
stamentis falsis promulgata est. Quod ait vel aliud in-  
strumentum, est ex S. C. Liboniano.

Recitauerit. Si quod recitauerit & fecerit. nam  
neque nudum factum, neque nuda recitatio. l. Cornelia  
plectitur. & in l. 8. C. de fals. qui fecit, vti cœpit, post cū  
argueretur, distitit.

Publicatio. Addidit Paulus lib. 5. Sentent. relega-  
tionem: quod etiam l. quoniam. & l. seruos. C. ad legem  
Iul. de vi. confirmant.

Tunc & raptores. Om. vet. li. tūc & peccatores.  
Qui publicam. Rectius vet. lib. qui pecuniam  
vel publicam, vel sacram.

Repetundarum. De pecunijs repetundis primus  
questio-

*quæstionem constituit L. Piso Trib. pleb. neque adduci  
 possum, vt credam eum aut plures alias, aut omnes  
 quæstiones publicas constituisse: nam quod ait M. Tull.  
 in Bruto, Quæstiones perpetuæ hoc adolescente consti-  
 tute sunt, quæ antea nullæ fuerunt, mihi valdè à men-  
 do suspectum est, & quia quæstiones perpetuas nusquã  
 legi, & quia in lib. vet. Sebast. Corradus, vir eruditissi-  
 mus ita scriptum esse annotauit Quæstiones p. Credide-  
 rim igitur scriptum initio fuisse Quæstiones p. rep. quod  
 est pecuniarum repetundarum. alioquin inconseque-  
 ter subiicit M. Tull. L. enim Piso Trib. pleb. legem primus  
 de pecunijs repetundis Censorino & Manilio Coss. tulit.  
 Confirmat etiam me plurimum, quòd idem auctor eisdẽ  
 penè verbis in lib. 2. Offic. De pecunijs, inquit, repetundis  
 à L. Pisone. lata est lex, nulla antea cùm fuisset.*

**FINIS I. C. Not. ad Lib. IIII. Instit.  
 Dn. Iustiniiani.**

**TITV.**



TITVLI EX COR-  
 PORE VLPIANI  
 XXIX.

Mores, sunt tacitus consensus populi,  
 longa consuetudine inue-  
 terati.

- I. **D**E Libertis.  
 II. **D**e statuliberis.  
 III. De Latinis.  
 IIII. De his qui sui iuris sunt.  
 V. De his qui in potestate sunt.  
 VI. De dotibus.  
 VII. De iure donationum inter virum & v-  
 xorem.  
 VIII. De adoptionibus.  
 IX. De his quæ in manu sunt.  
 X. Qui in potestate m̄cipiove sunt, quæ-  
 admodum eo iure liberentur.  
 XI. De tutelis.  
 XII. De curatoribus.  
 XIII. De cœlibe, orbo, & solitario patre.  
 XIII. De pœna legis Iuliæ.  
 XV. De decimis.  
 XVI. De solidi capacitate inter virum & v-  
 xorem.  
 XVII. De caducis.  
 XVIII. Qui habeant ius antiquum in caducis.  
 XIX. De do-

XIX. De dominijs, & acquisitionibus rerum.

XX. De testamentis.

XXI. Quemadmodum heres institui debeat.

XXII. Qui heredes institui possunt.

XXIII. Quemadmodum testamenta rumpuntur.

XXIII. De legatis.

XXV. De fideicommissis.

XXVI. De legitimis heredibus.

XXVII. De libertorum successione vel bonis.

XXVIII. De possessionibus dandis.

XXIX. De bonis libertorum.

AD VL

## AD VLPPIANI TIT.

XXIX. IACOBI CVIA.

CII I. C. NOTAE.

TIT. I.

De Libertis.



**Q**VAE confirmat. Desunt haec verba, Testamento data libertates. quae deinde sequuntur, abundant: nam ad legem Furiam pertinent, cuius sententia mox clarius explicatur.

Præter exceptas personas. vt inf. tit. 28. His autem similia Th. scripsit in tit. de leg. Falcid.

Quæ prohibet. L. non est dubium. C. de legib. No. Th. ne cur. præd. alt. cond. Macrobianus in Somn. Scip. ad fin. Inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla de reian- tibus poena sancitur.

Id est pars prima tollitur. Legendum opinor, Pars primæ legis tollitur: vt Derogare sit, partem primæ legi detrabere. l. derogatur, de verb. sign. quod etiam exrogare est auctore Sext. Pompeio. Obrogare, legem primam alia lege lata aliqua ex parte commutare, quod M. Tullius his verbis complexus est. Deinde indignum de lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliqua ex parte commutari, id est, vt & ipse loquitur alijs in locis, legi obrogari.

Hodie autem. Hic talia quædam desunt, Olim liberi

liberi non erant, qui aliter quàm vindicta, censu, vel testamento manumittebantur.

Qui pœnæ causa vincti. Huc pertinet *l. fideicommissaria. 2. de fid. lib.* cuius sensus hic est, Fideicommissaria libertas non debetur ei, quem postea dominus ob delictum vinxit. quia Dediticiorum numero habetur. Secus est, si heres vinxerit, argum. *l. cetera, in fin. de leg. 1.* & hoc Paulus tradit *libr. 4. Sentent. tit. 2.* ex quo detorta videtur *l. fideicommissaria.* Nam & sententia speciem habet.

Quibus vestigia. Legendum videtur, quibus vestigmata, nisi vestigia sunt nota. Seneca *libr. 1. de benefic.* Sic non est beneficium, quod sub oculos venit, sed beneficij vestigium & nota. Ergo serui compunctionis, manumissione Dediticij efficiuntur.

Nocentesque inuenti. Id est, confessi, Nam qui torti, nec confessi sunt, Ciues Rom. fieri possunt, vt Paul. in eod. libro scribit.

Vt ferro. Ad ludum gladiatorium. Ad ferrum, in *l. eius qui. §. vlt. de testam.* Ad gladium, in *l. si quis mihi bona. §. si quis planè, de acquir. hered. l. si quis à filio. §. sed & si, de iniust. testa.*

Vel in custodiam. In publicum carcerem. Igitur publicus carcer dediticium facit, non priuatus: nisi corpori vincula adhibita sint. *l. verum, de verbor. significat.*

Testamento verò manumissum. Et idcirco quos ad ciuitatem Romanam perducere volebant, ijs ita testamento libertatem dabant, LIBRI SVNT O, CVM ANNO RVM ERVNT XXX. *l. ex parte. §. Sticho, famil. erciscund. l. Arist. de man. testa. l.*

Ita. l. vltim. de rebus dub. l. si quis ita. §. vltim. de statutibe. In eo qui censu liberatur, nulla etatis habita est ratio.

In consilium. Hæc eadem & Theophylus scribit in tit. qui & quib. ex cau. man. non poss.

Eadem lex in fraudem. Caius idem libr. 1. Institut. Porro in ceteris rebus alienatis in fraudem Rescissoria actione utimur, Pauliana, Fabiana, siue Calpurniana: non etiam in libertatibus datis in fraudem. Nam libertates ipso iure nullæ sunt, id est, ex lege Aelia Sentia.

Qui tantum in bonis. Hunc Theoph. Bonitarium vocat, sequentem Quiritarium.

Communem rerum. §. vlt. de donat.

Seruus in quo alterius est. Huius sententia vestigia quidam sicut in l. quotiens, in fin. de her. inst. l. 2. de man. vind. l. si fructuarium, de man. testa. Nam Iustini constitutio in contrarium scripta est.

Legatarij partis. Hic locus admodum deprauatus est. Crediderim legendum, Præf. ærarij. Præfectorum enim ærarij est, bona quæ fisco deferuntur spernere, vel agnoscere. l. ergo. §. planè, de fid. lib. l. edicto, de iur. fisc. Ph. Gervasij liber habet, ea lege ærarium partis heres fiat.

Et mortis tempore. Vel intra diem cretionis. l. verum, de man. testa. & infra tit. 22. Nam & qui intra diem cretionis hereditatis fit, prope est vt defuncti fuisse videatur mortis tempore.

Lex Furia Caninia. Quid fiet, si supra statutum numerum seruos in testamento manumittat? Et placet liberari eos, qui primo loco scripti sunt, vsque ad legiti-

S mum

mum numerum, quod & in lege Aelia seruat. l. qui  
 soluendo. 2. l. si non lex. §. 1. de hered. instit. Quid fiet, si  
 in orbe, si permixtè seruorum nomina scripta sint? Et  
 placet impediri omnium libertatem. l. qui soluendo. 1. &  
 l. prox. eod. titul. Quid fiet, si in codicillis quidam scri-  
 pti sint? Et Paulus libr. 4. Sentent. nouissimum eis locum  
 tribuit. quod puto veriùs dici. Rursus quero, cum per le-  
 gem Furiam totam familiam inter viuos liberare lice-  
 at, non etiam in testamento? Facilius enim quis in testa-  
 mento totam familiam manumittit, quàm inter viuos:  
 & eadem ratione Senatus obligata mulieri succurrit,  
 non donanti: lex Iulia hypothecam prædij dotalis inhi-  
 bet, non alienationem: Constitutio Theodosij Decurio-  
 nibus venditionem, non donationem, aut permutatio-  
 nem: Nouella Iustiniiani intercessionem pro marito, non  
 pro extraneo. Quero, an rectè quis moribundus præter-  
 misso testamento totam familiam manumittat? Et re-  
 ctè Caus lib. 1. Institut. hoc tanquàm in fraudem legis  
 excogitatum respuit. cui simile est, quod ad legem Cani-  
 niam Paul. scribens tractat, in l. si quis eum, de condi. &  
 demonstrat. Sed pugnat cum Paulo. l. si quis quos, de le-  
 gat. 2. nisi dicamus, legati retentionem esse, non petitio-  
 nem, vt in l. Lucius. §. codicillis, eod. titul. Et hæc de lege  
 Caninia ex iure antiquo adnotare libuit: quæ & si lex  
 abrogata sit, nobis in alijs tamen partibus iuris magno  
 vsui esse possunt.

Eadem lex cauet. §. libertas, de legat.

## II.

### De statu liberis.

Idque

Idque lex XII. Tab. iubet. In hac lege emptoris nomine continentur omnes, qui quoque iure dominiurum in statu liberi nacti sunt: & hoc Pomponius scribit in l. statu liberi à ceteris. de statulib. Hac item lege significatur vendi statuliberos posse: & hoc est, quod Modestinus in eodem tit. Statuliberos, ait, venundari ipse leges XII. Tabul. putauerunt: quasi hoc fuerit sententia XII. Tabul, Sic supra Vlpian. de lege Aelia Sentia. Ideo sine consilio manumissum, seruum manere putat. & M. Tull. lib. 4. de Republ. iurgare lex putat inter se vicinos, non litigare.

Horcinus fit libertus. Non malè Horcinus. Nam & horcum quidam dixerunt, ὄρχη τὸ ὄρχη. Hic autem nullus est libertus. l. si necem, de bon. liber. nisi Charontis, Plutonis, Orci. quamobrem & Charonianus ab Theophilo dictus est, ea forma, qua Orcini Senatores (quorum meminit Suet. Tranquillus) à Plutarcho in M. Antonio Charonitæ dicuntur.

Alieno seruo. Si relinquatur res aliena, & si heres non possit eam redimere, non tamen extinguitur legatum aut fideicommissum. Nam iustum rei pretium ex testamento debetur. Si relinquatur libertas seruo alieno, quem nulla heres conditione redimere possit, extinguitur fideicommissum libertatis: propterea quod libertas inestimabilis res est. Sed videamus, an hoc sit perpetuum? quid enim si eius serui dominiū heres quandoque nanciscatur? Et hoc Constitutiones introduxerunt. l. deberi. C. de fid. libe.

## III.

## De Latinis.

Latini ius Quiritium. Igitur meliore conditione sunt Latini, quàm Dediticij. Nam Dediticij nullo prorsus modo ius Quiritium consequuntur. Sed & Latini commercium habent, & testamenti factionem: Dediticij non item. Latini vera libertate potiuntur quamdiu viuunt: Dediticij vmbra & imaginibus libertatis. Cives autem Romani meliore conditione sunt, quàm Latini. Connubium enim Latini, & patriam potestatem non habent: testamentum facere, auctoresve dari non possunt, deniq; moriuntur quasi serui.

Nam si vxor ciuis Romana. Partum Latinum nasci, argumento erat Lex Mensia, de qua in titul. 5. propterea quòd Latini non valdè distant à peregrinis.

Sed huic concessum est. Qui minor xxx. annorum Latinitatem accipit, liberis ius Quiritium cõsequitur ex lege Iunia. post hanc etatem qui latinitatem accipit, non nisi patroni beneficio: sed ex S.C. etiam liberis ius Quiritium consequitur.

Militia. Vigilum septem cohortes D. Augustus in vrbe ita constituit, vt binas regiones vrbis vnaqueque cohors tueretur. Constat enim 4. fuisse regiones vrbis. l. 3. de offic. præfec. vig. Inter eos qui Latinus sex annis militasset, ex lege Visellia ius Quiritium consequebatur: tandem Senatui triennium visum est sufficere. Visellia malo quàm Visillia: quæ D. Claudij temporibus lata est, regnante L. Visellio Varrone. l. 1. C. ad leg. Visell. l. 1. C. quand. ciu. ac. cri. præf.



## IIII.

## De his, qui sui iuris sunt.

Spurij appellantur. *Spurij sunt, qui legitime quaesiti non sunt.* Originem verbi Iustinianus explicat his verbis, *Vnde solent spurij appellari, vel à Græca voce, quasi ἀπατρίων concepti, vel quasi sine patre filij, in titul. de nupt. sic in l. Diuus, de captiu. sic Caius lib. 1. Institut. sic Theophilus, sic libri scripti: impressi non sic, quibus non assentior.*

## V.

## De his, qui in potestate sunt.

Nunc autem etiam ex tertio. *Hic locus sic meo iudicio restituendus est, Nunc autem etiã ex quarto gradu licet vxorem ducere. Sed tamen fratris aut sororis filiam, neptem ve eorum, quamuis eodem gradu sit, amitam vel materteram, eamque vxorem, quæ nouerca, vel priuigna, vel nurus, vel focrus nostra fuit ducere nõ possumus. Olim igitur inter se patruales, amitini, consobrini, matrimonio iungi non poterant: id quod & Caius scribit lib. 1. Institut. hodie ex Constitutionibus possunt. Perperam ex tertio gradu. nam iure ciuili ex tertio gradu vxorem ducere numquam licuit: neque verò nunc licet. Cetera quàm ineptè descripta fuerint, ex Caij & Iustiniani Institutionibus, & graduum ratione deprehendi potest*

Incestum matrimonium. Ergò non tantum inter parentes & liberos incesta sunt nuptiae, sed & inter eos, qui ex transuerso, vel qui affinitate coniuncti sunt: quod & Caius scribit lib. 1. Institut. & Paulus in l. sororis, de ritu nupt. Et praeterquam quod iure gentium inter parentes & liberos, ceterum iure civili incesta sunt nuptiae.

Quoniam lex Mensia. L. lex natura. de stat. homin.

Veluti si ancilla conceperit. Quod si libera conceperit, deinde ancilla pepererit, partus quoque seruus est, si hanc iuris civilis regulam sequamur: quod & Caius scribit lib. 1. Instit. sed favore libertatis placuit eum liberum nasci. & ita Marc. scribit in l. & seruorum, de statu homin. & Paul. lib. 2. Sentent.

## VI.

### De Dotibus.

Dos aut datur. Dos dicitur solemnibus verbis sine interrogatione. Dotis actio tam ex dictione nascitur, quam ex stipulatione: hodie etiam ex nuda pollicitatione & nudo pacto. l. 2. C. Theo. de incest. nupt. l. vltim. C. Theo. de dotib. Sublata autem est dicenda dotis solemnitas: ideoque à l. ad exactionem. C. de dot. promiss. vt ex Cod. Theod. apparet, Tribonianus amouit haec verba, Dicitio vel: & quibus in locis prudentes scripserant, Doti dicere, subscripsit, Doti promittere, inusitata loquendi forma. l. si rem. §. vltim. de nouat. l. auus, de iure dot. l. si marito. §. 1. l. si socer. §. Licius, solu. matrim. Denique in l. 1. C. de iur. dot. cum Se-

uerus

uerus Imp. scripsisset, Dictio vel promissio: & paulo post, Ex dictione vel ex stipulatione (necdum enim ex pollicitatione dotis actio erat) pollicitationem Trib. adscripsit, & condictioem ex pollicitatione: cum tamen ex pactis, vel pollicitationibus praescriptis verbis, non condictio dari soleat.

Institutus. Ad hanc rem constitutus.

Dare, promittere. Idem Paulus in l. promittendo, de iur. dot. Dicendo igitur tres duntaxat persona obligantur, promittendo omnes.

Quam pater mulieris. Adde vel parens virilis sexus, per virilem sexum cognatione iunctus.

Quintis. L. 1. C. Theod. de dotib. l. vltim. C. de repud.

Semper. Siue sint liberi, siue non.

Receptitia. L. mortis causa. §. sed & si dos, de donat. caus. mort. Seruus autem receptitius, de quo Aul. Gell. & Non. Marcellus scribunt, neque dotalis est, neque ex paraphernis: quia ad virum non deferitur. Sunt haec omnia diuersa, bona receptitia, dotes,  $\pi\epsilon\gamma\acute{\alpha}\phi\epsilon\rho\nu\alpha$ ,  $\alpha\nu\tau\acute{\iota}\phi\epsilon\rho\nu\alpha$ ,  $\delta\epsilon\acute{\omega}\zeta\epsilon\tau\eta\alpha$ ,  $\acute{\upsilon}\pi\acute{o}\beta\omicron\lambda\alpha$ .  $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}\phi\epsilon\rho\nu\alpha$  sunt, quae extra dotem ad virum deferuntur, quae & peculij nomine significantur. l. si ego. §. dotis, de iure dot. l. donationes. §. species, de donat.  $\alpha\nu\tau\acute{\iota}\phi\epsilon\rho\nu\alpha$ , sunt donationes propter nuptias. l. vltim. C. de donat. ante nupt. quibus proxima sunt  $\delta\epsilon\acute{\omega}\zeta\epsilon\tau\eta\alpha$ , &  $\acute{\upsilon}\pi\acute{o}\beta\omicron\lambda\alpha$ , de quibus Constantinus Harmenopolus scribit. Vnde & Hypobolica instrumenta apud Sid. Apoll. lib. 7. Epist. quamquam sunt, qui legant Hyperbolica: alij quidam Paraphernica, omnino male.

Nec interest. Obstare videtur l. 2. §. quod si in patris,

patris, solut. matrimon. Goueanus in lib. var. lect. Triboniani in eo §. facinus adnotauit: Ant. Goueanus, cui ex omnibus, quotquot sunt aut fuerunt, Iustiniani iuris interpretibus, si quaeramus quis vnus excellat, palma deferenda est. Proinde dos aduentitia communis est ex iure antiquo, mulieris propria ex iure nouo. Actio dotis aduentitia communis est etiam iure nouo. l. vltim. C. de bon. qua libe. neq; verò propriam esse actionem rectè colligitur ex l. Caius. solu. matrimon. quia non dicit soli filiae actionem dari: verum idè filiae dicit, non patri, quia filiae cautum fuit, non patri. caterum per filiam patri queritur actio.

Post diuortium. Inde si post diuortium maritus in reddenda dote moram fecerit, & heredi vxoris competit actio: si moram non fecerit, secus est. Quamobrem & mortua in mortuo in matrimonio vxore, heredi non competit actio. l. usufruct. sol. matr. l. cum in fundo. §. si autem vsumfruct. de iure dot.

Annua, bima. Hodie annua die ex constitutione Iustiniani: cui à Triboniano aptata est. l. i. de dot. prelega. in qua legitur, annua die pecuniam dotalem reddi.

Non plures tamen quàm tres. Id est, media pars, vt Paulus ait lib. 2. Instit. tit. de dotibus. cuius verba Boëthius Seuerinus refert. Nam si sextæ, integrum conficiunt.

Non in petitione. Quæ ex alijs causis retinentur, & in petitione sunt. Sustulit verò Iustina. quintas & sextas, & alia omnia retentionum genera. Sunt tamen compensationum ex eis causis leges quamplurimæ. l. fructus. §. ob donationes. l. rei. §. i. l. si constante. §. si vxor. l. pen.

pen. §. 1. solu. matrimo. l. vtilium. de impens. in res dot. l. neque. C. de compens. l. 1. C. rer. amot. Sed & de moribus actionem sustulit. l. vltim. C. de repud. de qua in l. 5. D. de pac. dot. l. vlt. C. Th de inc. nupt. l. 1. C. Theo. vic. ciu. cri. ag. non pos. qua & accusatio dicitur in l. viro. l. cum mulier. D. sol. matr. quemadmodum actio suspecti, actio ingrati, actio inofficiosi, accusatio suspecti, accusatio ingrati, accusatio inofficiosi, suis locis.

Dos quæ semel. Nisi redintegratum sit matrimonium, dos quæ semel dos esse desijt, dos effici amplius non potest. Redintegrato matrimonio, tacitè redintegratur & dos, nisi sit recepticia. l. si mulier diuerterit. l. in insulam. §. vlt. sol. matr.

Item octaua. Legendum autem, octauæ.

Quæ à die reddi debet. Ita propter. Legendum, quæ annua, bima, trima die reddi debet, propter.

Pictorijs. Lego, picturis. & paulò ante, deterior dos fuerit.

Viridarijs. In Pand. Flor. viridiaria in l. si cuius, §. fructuarius. de vsufruct. l. in instrumento. de instru. vel instrum. leg. & viridia in l. quotiens. §. seruitutum. de seruit. l. edificia. de ser. vrb. l. impensa. de verb. signific. Vnde & viridaria alij deduxere, alij viridiaria. Sed nihil hæc ad Vlpianum.

## V I I.

### De iure donationum inter virum & vxorem.

Principalibus. Antonini Imp. l. nuper. de dona. inter

S S ter

ter vir. & vxor.

Si maritus diuortij. Non tantum in vxorem, sed & in virum rerum amotarum actio est. l. contra, §. itē. rer. amot.

Stipulatione tribunicia. Vt in l. cum mulier, de dote, solut. matrimon. Hæc stipulatio honoraria est, quia ex iurisdictione tribunorum venit: vt prætoria, vt adilicia: vulgò malè scriptum est, quia ex iurisdictione prætoris veniunt. Superest enim vox, prætoris, auctore Theophilo, & Pomponio in l. 5. de verbor. obligat.

Dispares condignis. Lego, disparis conditionis.

Ex lege Aelia Sentia. Legendum opinor, ex lege Iunia, vt in tit. de Latinis, ex lege Iunia, id est, vt lege Iunia comprehensum est. Est autem ab hac sententia nō absimile id, quod Imp. rescripserunt in l. qui in prouincia. §. Diuus. de rit. nupt.

## VIII.

### De adoptionibus.

Aut per populum. L. 2. C. de adopt. Hodie per imperatorem.

Adrogatio Romæ tantum fit. Quoniam curiatis comitijs fit.

Fœminæ quidem non adrogant. Legendū, adrogantur. Causa illa est, quia nulla cum fœminis comitiarum communio est. Cæterum per principem fœmina adrogantur. l. nam fœminæ, D. de adopt.

IX.

## I X.

## De his qui in manu sunt.

*In manu est vxor, quæ conuenit in manum. In manū aut confarratione conuenitur, aut coemptione. Sed omissa est confarreandi adsuetudo, vt Cornelius Tacitus lib. 4. Annalium scribit. Omissa quoq; tandem est coemptio. Denique omissa est omnis conuentio in manum. Quamobrem Tribonianus in l. vxorem, de rit. nupt. l. ex parte. §. 1. de verbor. oblig. scripsit, in matrimonium conuenire: cum tamen Pap. scripsisset, in manum conuenire. & in l. si concubina rer. amot. conuenit pro in manu conuenit.*

## X.

Qui in potestate mancipiove sunt,  
quemadmodum eo iure li-  
berentur.

*Qui flamines Diales. Qui morte parentis sui iuris fit, capite non minuitur. l. 3. §. vltim. ad Maced. Ad iungo etiam eum, qui Flaminio Diali, aut Vestali sacerdotio sui iuris fit. l. 2. Quod cum eo. l. 1. §. sed etsi alio. quan. de pecul. auctore Gellio lib. 1. cap. 13. Et hoc nimirum est, quod ait Vlpianus in d. l. 3. vel alias sui iuris. &c. Idem & in eo Iustinianus constituit, qui dignitate sui iuris fit, in Nou. 81. At is profectò qui emancipatione sui iuris fit, capite minuitur: credo quia in imaginariam seruitutis formam deducitur. l. liberos. de cap. minutis: immò quia sublata est legitima emancipatio, vigetq; aut*

*Ana-*

*Anastasiانا, aut Iustiniana emancipatio, qui emancipatur hodie, capite non minuitur. Proinde merito ex Iustiniани constitutionibus suo exaequatur emancipatus. V-susfructus emancipatione non finitur. Id deniq; restat, vt capite non minuatur hodie, qui cum alieni iuris forent, sui iuris efficiuntur. His autem quae in hoc loco dicuntur ab Vlpiano, addenda est, quae in manum flaminis conuenit, Cornelius Tacitus libro 4. quando exiret e iure patrio, qui id flaminium apisceretur, quaeq; in manum flaminis conueniret,*

## XI.

### De Tutelis.

## XII.

### De Curatoribus.

*Virilis sexus. In tutelarum questione ita definiuntur agnati: propterea quod tutela virile munus est. Ceteroquin & feminae agnatae sunt. Eadem est agnatorum definitio in questione intestatae successionis. l. 2. §. agnati. de suis & legit. her. & infra, titu. 26. quia etsi consanguinea consanguineo intestato heres existat, agnata tamen agnato cuiquam intestato ex lege Voconia heres non est. §. ceterum. de legit. agno. succ. Sic in l. Vellea, Qui testamentum faciet, is omneis virilis sexus, qui ei sui heredes futuri erunt, &c. etiam si parente viuo nascantur. Ideo ait, Virilis sexus, quia sequuntur haec verba, Vt nominatim eos exheredet, vel instituat, §. postumorum. in fin. de exh. lib. Soli autem postumi mares nominatim exhe-*



exheredandi sunt. § postumi quoq. §. postumorum. de  
exhereda. lib. vnde & in l. 3. de iniustorrupt. aio sic Vlpianum scripsisse, Postumi virilis sexus: & ex Iustini-  
mani constitutione à Tribonianum immutasse.

Eiusdem familiae. L. pronuntiatio. §. communi. de  
verb. sig.

Fratres. Legendum, Fratres patruales, filij fra-  
tris patruelis.

Qui liberum caput. Agnatus est tutor ex l. xij.  
Tab. patronus ex interpretatione legis: parens ex contra-  
ctu fiducia. Cur non & parens ex interpretatione legis?  
Quia nulla talis in lege interpretatio adhiberi potuit.  
Nec enim ut patronis, sic parentibus nominatim defer-  
tur hereditas. Igitur duæ tantum sunt species legitimæ  
tutela, Agnatorum, & Patronorum: id quod Vlpianus  
tradit in l. 1. de leg. tut. Verum in l. 3. §. vlt. eod. titu. pa-  
rentem emancipatorem non legitimum, sed vicem ait le-  
gitimi tutoris obtinere, id est, fiduciarum tutorem esse.  
Non nego moribus inde receptum, ut nominetur legiti-  
ma quæ propriè est fiduciaria. titu. de leg. par. tut. fidu-  
ciaria tutela nomen ad liberos transmitti, legitima non  
transmitti: denique hoc liberos patronorum distare à  
liberis parentum. Ceterum ratio differentia tradita à  
Iustiniano in tit. de fiduc. tut. falsa est in patre & auo:  
certè subtilior est, quàm verior. An igitur quia non ut li-  
beris patroni, ita liberæ emancipatoris lege debetur he-  
reditas? l. 1. §. liberos, si quis à pat. fuerit manu. sed de his  
satis.

Vel à parente, vel à coemptore. Qui à parente,  
is est pater fiduciarius: qui à coemptione, is est pater na-  
turalis.

Lex

Lex Claudia sustinet. Lege, Sustulit. Rursus vò rò lex Claudia sublata est constitutione Constantini. l. 3. C. de leg. tut. l. 2. C. Th. de tut. & cur. crean. Ait Constantinus, In fœminis tutelam legitimam consanguineus vel patruus non recuset.

Excepta tutela patronorum. Hoc est, quod ait l. tutelae. de cap. minut. Tutelas etiam non amittit capitis deminutio, exceptis his quæ I. A. P. P. deferuntur, id est, quæ iure agnationis proximis potissimum deferuntur. Tribonianus non sic. Equidem scio Tribonianum, cum multa in libris prudentum nois perscripta essent, auctore Iustiniانو in l. 2. C. de vet. iu. enuc. in eis explicandis cadere frequenter & labi. Ceterum tutela patronorum minima capitis deminutione non perit, quia nec ius patronatus perit. Aequè testamentaria & dativa tutela non perit. At quia minima capitis deminutione ius agnationis perit, & legitima agnatorum tutela perit. Dixi, Proximis potissimum, ut in edicto traoslaticio Verris, Tum vti proximum quemq; potissimum heredem esse oporteret. si is intestatò mortuus esset. Vnde eximenda non sunt posteriora verbal. i. vnde legit. Quinimò in Asconio ita malè leguntur, quasi si Asconij essent, non Tullij. Item alio in edicto, Sec. tab. testamenti potissimum hereditatem dabo.

Veluti cum incensus aliquis venierit. Hoc M. Tullius explicat in extremo orationis pro Cecinna.

Denunciante domino. Trina denunciatione opus est: denunciari etiam testatò oportet, idq; denunciari ut seruo abstineat. Denunciationem sequitur praetoris, aut praesidis sententia. Inde Tertullianus lib. 2. ad uxorem.

rem. Nonne insuper censuerunt seruituti vindicandos, qui cum alieno seruo post dominorum denunciationem in consuetudine perseuerarunt? Exēplo S. C. si ingenua, quae ad gynaciarium se, vel monetarium applicat, similis denunciatio fiat, nisi dicto audiens fuerit, eiusdem ipsa conditionis ex constitutionibus efficitur. l. edicimus. C. Th. de murileg. l. senatuscons. C. Th. de decur. Sed haec à Iustiniano mutata sunt in tit. de S. C. Claud. toll.

Status dumtaxat hominis. Saluo statu publici iuris. l. §. capitis, ad S. C. Tertyll. priuatus hominis status commutatur.

In manum conuentione. Quae conuenit in manū mariti, capite minuitur : quia in familiam eius, & sui heredis locum venit, vt in tit. 23 & apud Gellium libr. 18. cap. 6.

Vti legasset. Integra lex est, Paterf. vti legasset, auctore Cornificio lib. 1. ad Herennium. Ait, Paterfa. atque ideò filiusfamil. testamentum facere potest, etiam si hoc velit pater : quod tamen in donatione nulla lex vetat. Ait, Super pecuniā, tutelave suae rei: quae verba coniunctim accipienda sunt. Nam tutorem instituere filijs suis pater, nisi in testamento, non potest, in quo & pecuniā suā heredem instituat, l. sapē. de verb. signif.

Qui tutores datiui. Legitimi non dantur, sed ipso iure fiunt tutores. l. legitimos. D. de legit. tut. Testamentarij, Attiliani, Iulian. datione tutores fiunt. Plerumq; autem Attiliano, & Iuliani datiui tutores appellantur. l. datiuus. D. rem pup. sal. for. l. generaliter. C. de epis & cler. l. vlt. C. de leg. tut.

Abdicare autem. M. Tullius libro 6. ad Attic.

Itaque

Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, vt pro Gla-  
brione Scauola, fœnus & impendium recusare. Nihil ab  
abdicatione distat excusatio. Excusatione datiui dum-  
taxat vtuntur. l. εἰδ' ἐν οὖν, D. de exc. tut. §. qui excusare.  
Institu. eod. Nullum verò in iure ciuili excusationis pro-  
ximis agnatis datæ extat exemplum. Proinde rectè aut  
legitimos tutela se abdicare nō posse. Ratio illa est, quia  
ipso iure tutores existunt. Quæ ratio etiam efficit, vt sui  
heredes repudiare hereditatem non possunt. Verùm e-  
nim vt in iure, hi se hereditate abstinere, ita & illi in iu-  
re, id est, apud prætorem, tutela feminarum cedere pos-  
sunt. In pupillis maribus, vt iam superius ab Vlpiano di-  
ctum est, cessicia tutela non procedit.

In iure cedere autem. Lego, in iure autem ce-  
dere.

Qui etiam ante manumissionem. Non eum so-  
lum, qui in bonis, sed etiam qui ex iure Quiritium domi-  
nus fuit.

Si legitimum tutorem pupilla non habeat.  
Delenda est vox, pupilla: nam de pubere hic agitur, nō  
de pupilla. Ceterùm quamuis regula iuris hac sit, Certa  
rei vel causæ tutorem non dari, ex lege tamen Iulia &  
senatusconsultis tutor datur ad dotem constituendam.  
Item, vt paulò post tradit, ad adeundam hereditatem  
specialis tutor datur: quod etiam confirmat l. impuberi.  
D. de tut. & cur. datis. l. cū in vna. §. tutor. de ap-  
pellat.

Ad dotem constituendam. Si ad dotem consti-  
tuendam, erit hoc cōtrarium superiori regula iuris, quæ  
dictat, Certa rei tutorem non dari: si generaliter (quod  
& ipsum, si mutus aut furiosus sit, legitimus tutor, ex S.  
C. fieri



*fœmina conuentione in manum liberantur, auctore Boëtio in Topicis Ciceronis.*

## XIII.

De coelibe, orbo, & solitario  
patre.

Cæteri autem ingenui. Et has quoque senatores non ducent. l. Iulia. §. vlti. de ritu nup. non tamen idem est è contrario: nam ingenui libertinas ducent. l. lege Papia. eodem. Est in eandem rem auctoritate Marci & Commodi factum plenius S. C. de quo in l. oratio. de spons. l. oratione. l. palàm. §. senatus. de rit. nupt. Exstat & de eadem re Constantini constitutio in l. 1. C. de nat. lib. & Nou. Marciani. de mat. senat. quæ tamen amba sublata sunt in Nouel. Iustiniani CXVII. & LXXXIX. ex qua id etiam didicimus, corruptè in dicta l. 1. scriptum esse, Præfectos: legendum enim est, Perfectissimos, id est, Πιασσημονάρτες: atque ita constanter habent omnes veteres Codices. Error manauit ex errore Nouel. Marciani. Lex quoque Iulia de senatorum & libertinarum nuptijs à Iustiniano sublata est.

Mauricianus. Qui ad leges Iulias libros scripsit.

## XIIII.

## De poena legis Iuliæ.

Pœna

Pœna legis Iuliæ hæc est, nec cœlibes, ne orbi ex ciu-  
um Romanorum testamentis capiant. l. si is qui heres. de  
vulg. subst. Tertullianus in lib. de monogamia, Aliud est  
si apud Christum legibus Iulij agi credunt, & existimant  
cœlibes & orbos, ex testamento Dei solidum capere non  
posse. Sed hæc pœna sublata est à l. i. C. de infir. pœ. cœl.  
& orbit.

Tribuit vacationem. Hoc est, vt interim, etiam-  
si cœlibem vitam agant, capere ex aliorum testamentis  
possint.

Biennij. Legendum, triennij. Vt enim altero  
tanto à morte viri vacatio, quæ lege Iulia tribuitur,  
eam superat, quæ à diuortio tribuitur, eadem vt sit  
proportio necesse est in lege Papia, quæ temporale legis  
Iuliæ prorogauit. Denique triennium Augusti lege tri-  
bui Suetonius auctor est: nimirum enim lex Papia Po-  
pea lata est auctore D. Augusto post Iulias rogationes,  
M. Papio, Q. Popæo C O S S. suffectis, non ordina-  
rijs, vt Dion & Isidorus scribunt. Similis est error in  
l. vltim. C. de aduoc. diuer. iud. vt constat ex l. per hanc.  
eodem titul.

## X V.

## De Decimis.

Lege Iulia coniuges, præter ea quæ in hoc tit. enume-  
rantur, inter se capere nihil possunt. & hoc in vxore ma-  
nifesto tradit l. i. C. de his qui se def. lib. 10. Sunt & mul-  
ta huius rei vestigia in Cod. Th. l. vlt. de inoff. dot. l. vlti.  
de leg. her. l. i. l. si aliquis. de bon. proscript. l. pro commo-  
ditate.

ditate. de nauicul. & in Nouel. Valent. de testa. Sed in l. pro commoditate. pro, liberis, perperam scriptum est lucris. Interdum verò ne decimas quidem capere possunt. contra interdum & solidum capere possunt: hodie omnimodo. l. 2. C. de inf. pœ. cœl. & orbit. & decimis sublatis.

Duo autem. Tres post nonum diem amissi solidum adiiciunt. tit. prox.

## XVI.

De solidi capacitate inter virum  
& vxorem.

Vsque ad sextum gradum. Nam à sexto gradu cognatio nulla est. §. vlt. de success. cog.

Abesset intra. Lego, Abest & intra. Credo hæc vera esse, si absit Reipub. causa. Nam annus eis tantum dari solet. qui Reipub. causa abesse desierunt.

Si ius liberorum. Isidorus, auctor sanè vel eo nomine probandus. quòd, vt ex hoc libello nonnulla, ita ex optimis auctoribus, quibus nunc destituti sumus, descripta quàm plurima contineat. lib. 5. Ius, inquit, liberorum est coniugum sine liberis inuicem pro loco pignorum hereditatis alterna conscriptio, quam definitionem confirmat Nou. Valent. de testam. & l. valeat. C. Th. de infi. his que sub tyrann. Et hoc quidem ius liberorum Imp. omnibus dant, in l. 1. C. de iur. lib. Nec enim se ius trium dicunt, aut quatuor liberorum dare, sed eius liberorum: id nempe quod superius exposuimus, idemq; coniuncta ea lege cum



cum l. 2. C. de infir. pœr. ex qua ea l. pendet, uti perspicitur ex inscriptionibus & subscriptionibus potest, clarius demonstratur: alio quin superuacua est constitutio Iustini-ani de iure trium aut quattuor liberorum. l. 2. C. de iur. liber. Si igitur ius liberorum à principe impetrauerint, liberam inter se coniuges, ut Vlpianus noster ait, testamenti factionem habent. Denique vno filio filiaue communi superstite, aut vno filio 14. filiaue 12. annorum amisso, amissaue, tribus post nonum diem amissis, duobus trimis amissis, vno cuiuscumq; ætatis impubere amisso intra annum matrimonij & sex menses, idem ius habent.

Vt intra annum. Lego, ut intra annum & sex menses etiam vnus &c. præstet.

Neutri legi. Si neque liberos susceperit, neque matrimonium contraxerit. Iulia est de contrahendo matrimonio: Papiæ, de procreandis liberis. Inde Tertullianus in Apologetico. Nonne vanissimas Papius leges, quæ ante liberos suscipi cogunt, quam Iulia matrimonium contrahi, post tantæ auctoritatis senectutem heri Seuerus constantissimus Princeps exclusit? Definiti autem sunt in viro anni sexaginta: in muliere quinquaginta. l. pen. C. de nup. l. si maior. C. de leg. he. quæ definitio S. C. Claudiano in feminis probatur. Nam mulier post quinquagesimum annum non gignit, l. si sterilis. in princip. de act. emp. in maribus non probatur, nam & sexagenarij idonei sunt ad generandum, Aristotel. libr. 5. τῆς ζωῆς ἰσορίας γεννᾶ δὲ ἀνδρώων τὸ ἕχατον μέχρις ἑξήδηκοντα ἔτην ὁ ἄρσεν, γυνή δὲ μέχρι πεντήκοντα.

Caluitiano. Vide num legendum sit, Claudiano, ut supra.

Dos caduca erit. Ut in l. si quis officium. §. veterem. l. dote. de rit. nupt.

## XVII.

### De Caducis.

Eorum quæ in testamentis scribuntur, quædam pro non scriptis sunt, quædam in causa caduci, quædam caduca. Pro non scriptis hæc sunt, quæ incapacibus relinquuntur: quæ non intelliguntur: quæ sibi testamentarius adscribit: quæ sunt captatoria: quæ ei, qui in rebus humanis non est, adscribuntur. Pro non scriptis igitur sunt, quæ in ipso initio deficiunt. In causa caduci sunt, quæ paulò post testamentum viuo testatore deficiunt: ut putà, si legatarius viuo testatore decedat, aut condicione excludatur. Caduca sunt, quæ mortuo testatore deficiunt: ut putà, si heres vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel aliàs incapax factus fuerit. Caduca, & in causa caducorum legibus Iulij fisco vindicantur: legibus Iustiniani apud heredem remanent cum onere. Quæ pro non scriptis habentur, & nouo, & antiquo iure apud heredem remanent sine onere.

Veluti cecidit. Malim, veluti ceciderit. Constantinus dixit, cadere in casum. l. omnes. C. de delat.

Si cœlibi, vel Latino Iuniano. Ergo & cum cœlibe

cœlibe & cum Latino testamenti factio est: & hoc de Latino nominatim proditum est in tit. 11. & 20. Nam neq; cœlibem lex Iulia, neque Latinum lex Iunia heredem institui, aut ei legari quidpiam vetat: sed ex iisdem legibus caduca fiunt ea, quæ ipsis relinquuntur, nisi intra centum dies hic ciuis Romanus fiat, ille matrimonio iungatur, vt in tit. 22.

Peræger. Mallem, peregrinus.

Hodie ex constitutione Imp. Antonini. Imò ex lege Papia. Quamobrem videntur mihi hæc esse transposita, atque restituenda esse in hunc modum, Omnia caduca fisco vindicantur, sed seruato iure antiquo liberis & parentibus. Hodie ex constitutione Imp. Antonini, caduca cum suo onere fiunt: & quæ sequuntur: vt intelligatur constitutio ea cuius fit mentio in l. licet. de leg. 1. l. 4. C. ad Trebell. Quæ enim ille de substitutis, ad coheredes & ad fiscum transferuntur. l. si Titio. §. 1. de lega. 2. l. quidam. §. quotiens. de leg. 1.

## XVIII.

### Qui habeant ius antiquum in caducis.

Ea quæ mortuo testatore deficiunt ex iure antiquo, apud heredem remanent, post legem Iuliam & Papiam caduca fiunt: ius tamen ea lege antiquum seruatur liberis & parentibus vsque ad tertium gradum, §. & cum lex. C. de caduc. toll. quod & in titu. proximo.

T 4 mo.

mo. & titu. 1. & titu. 25. Vlpianus notat. Inde Celsus in l. pater meus. §. vltim. de leg. 2. Si filio, inquit, heredi pars eius, à quo nominatim legatum est, accrescit, non præstabit legatum, quod iure antiquo capit. Id verò immixtum portioni hereditatis eo iure capit, quòd legem Papiam antecessit, quoniam filius est. Ceterum vt de Iuliano Vlpianus in l. si Titio, ita nos de Celso dicere possumus. Celsus quidem ait legatum non præstari, sed post constitutionem Seueri & Antonini alio iure vitimur: ac frustra nostri interpretes Celsum, qui Hadriani temporibus floruit vnà cum Iuliano, cum rescripto D. Seueri in concordiam adducere conantur. Sed hæc aliàs subtiliùs.

## XIX.

## De dominijs &amp; acquisitionibus rerum.

Elephanti & cameli. Videntur quidem mancipij esse, non sunt tamen: quia fera & bestia sunt. l. 2. §. vlt. ad legem Aquil. Isidorus, Mancipium, inquit, est quidquid manu capi subdique potest, vt homo, equus, ovis: hæc enim animalia statim vt nata sunt, mancipium esse putantur, nam & ea quæ in bestiarum numero sunt, tunc videntur mancipium esse, quando capi siue domari cœperint. Tollitur verò hæc rerum differentia in titu. de vsucap. transf. C.

Et rerum mancipij. Superest, Et.

Eaque fit certis verbis. Exempla sunt in §. præterea.

terea. Quib. mod. ius potest. sol. & §. 1. de testa. ord. qua  
cum explicata sint à multis, longiora non faciam.

Latinos Colonarios. Horum exemplo Iuniani  
introduciti sunt, vt Iustinianus scribit in titul. de lat.  
lib.

Commercium. *Commercium est permutatio,*  
*l. ex hoc iure. de inst. & iure. Ex permutatione origi-*  
*nem cepit emptio & venditio, in qua etsi vtrunque*  
*merx non sit, vt in permutatione sed aliud pretium, a-*  
*liud merx, de ea tamen commercium dicitur frequen-*  
*tissimè: inde & mercari, & promercium, & promerca-*  
*lis res.*

Traditio. *Legendum, Traditio propria est a-*  
*lienatio rerum nec mancipi. Nec mancipi re-*  
*rum, &c.*

Vsucapio est autem dominij adeptio. *Mo-*  
*destinus ait in l. 3. de vsurp. & vsucap. adiectio do-*  
*minij. malle, adeptio, vt in hoc loco: consueue-*  
*runt enim Iurisconsulti, eisdem rerum definitionibus*  
*vti. Equidem quia hæc duo verba tantam inter se ad-*  
*finitatem habent, vt alterum pro altero facile potue-*  
*rit obrepere: quod etiam possum Vlpiano auctore, non*  
*metuo emendare in Modestino, adeptio dominij:*  
*Nam & capionis verbo adeptio significatur, non adie-*  
*ctio.*

Rerum mobilium anni. *In iure ciuili que-*  
*ni plerunque solet, vtrum continuus, an utilis annus*  
*sit. Idem & in hoc loco quæri potest. sed verius est con-*  
*tinuum annum numerari: & hoc Paulus scripserat in*  
*l. namquam. §. 1. de vsurpat. & vsucap. Quia tamen an-*

nus in triennium mutatus est, Tribonianus scripsit continuum tempus: sed debuit & vocem hanc, mobilium, circumscribere. Nam idem prorsus est in vsucapionibus rerum immobilium. Scitum planè est huius erroris causam in Triboniani ignorantiam conferre.

In iure cessio. Tribus verbis omne officium prætoris continetur, Do, dico, addico: Dat iudices, Dicit ius, Addicit, exempli gratia, in cessionibus. Addicit bona libertatem conseruandarum causa. Vnde & in antiquis legibus Manilia, Peducea, Alliena, Fabia de finibus agrorum ita legitur, DEQVE EA RE CVRATORIS, QVI HAC LEGE ERIT, IVRISDICTIONIO, RECIPERATORVMQVE DATIO, ADDICTIO ESTO. SI CVRATOR HAC LEGE NON ERIT, TVNC QVICVMQVE MAGISTRATVS IN EA COLONIA, MVNICIPIO, PRAEFECTVRA, FORO, CONCILIAVLO IVRIDICVNDOPRAEERIT, MAGISTRATVS DE EA RE IVRISDICTIONIO, IVDICISQVE DATIO, ADDICTIO ESTO.

Velut vsusfructus. Vsusfructus siue domino ceditur, siue extraneo, cessione finitur. Nam & extraneo cessus, ad proprietatem recurrit. l. si vsusfructus, de iure dot. Nihil verò agitur in persona extranei.

Tutela legitima & libertas. De tutela Cessicia. titu. 2. dictum est. Libertas cessicia ea est, quæ vindicta datur: cedit enim libertatem dominus, vindicat seruus, addicit prætor: & inde scipioni licitoris, quem liberandis

*berandis seruis gerit, vindictæ nomen.*

Is cui cessa est. *Videtur legendum, Is à quo cessa est: quoniam subinfert. Permanet hæres. Atque facit quidem ab hac coniectura ipsa iuris ratio. Ideò enim tenetur creditoribus, quòd adeundo cum eis contraxisse videatur. l. 3. in fin. l. 4. quibus ex caus. in poss. eat. Ideò ei debitores non tenentur, quòd se omni heredis iure abdicauerit. Sed neque cessicio heredi tenentur, quia ei non sunt obligati: attamen emptori hereditatis vtiles actiones dantur, venditori directæ, l. emptor. C. de heredit. vendi. Aliud ergo est cedere hereditatem iure, longè aliud vendere hereditatem. De cessicia hereditate in libris Iustiniani mentio, quod sciam, nulla fit.*

Res autem corporales. *Dixit de rebus incorporealibus, quæ ceduntur in iure, nunc de rebus corporalibus. Quid est igitur quod ait in extremo huius sententiæ, Cui cessa est hereditas? Malim, Cui cessæ sunt.*

Adiudicatione. *Idem Iustinianus scribit in extremo tit. de offic. iud. neque verò vllus est alius casus, in quo iudicis sententia dominium adquiratur.*

Vel erepticium. *Nescio quid sit erepticium: nisi id forsitan sit, quod aliàs in causa caduca esse dicitur. Neque enim id cadit à nobis ( quandoquidem viuo testatore deficit ) sed heredi eripitur: caduca cadunt à nobis.*

Item legatum ex lege x i i. Tab. L. verbis legis. *de verb. sig.*

Si feruus alterius in bonis. *Dominus Bonita-*  
*rius*

*rius praefertur domino Quiritiario.*

Ex operibus suis. Alij dicunt, ex operis: sed hoc quoque rectum est, vt auctoribus scriptis libris, in §. de his. per quas pers. nob. adq. §. item. per quas pers. obligat. nob. adq. & auctoribus Florentinis in l. quod seruus. de stip. ser.

## XX.

### De Testamentis.

Testamentorum genera fuerunt tria. Iure civili. Fuit & quartum, iure praetorio. Est & quintum, civili, praetorio, & principali iure permixto.

Ad libri pensa. Lege, Aut libri pens.

Inter testatorem & familiae emptorem. Et idè seorsim in tabulis heres scriptus (plerumq; enim cui fit mancipatio, non fit nuncupatio) ad testamentum testis adhiberi potest: at sublata mancipatione, sanè creditur hodie, vt rectè Iustinian. ait in §. sed neq; de testa. ordin. totum hoc negotium inter testatorem & heredem agi. Proinde heres, aut qui per potestatem heredi coniunctus est, testis adhiberi non potest.

Pariter & qui in potestate. Lego, Pater, & qui in potestate eius est constitutus, & duo fratres, &c. d. l. pater. de test.

Femina. De feminae testimonio rata haec sunt: Femina, ἡ ταῖς ἀποδενύκας testis toco produci potest, l. ex eo. de test. l. qui testamento. §. mulier. de testa. Femi. ἡ ταῖς συσπύκας testis adhiberi non potest. & hoc Graecus interpres tradit.

La=



Latinus Iunianns & familiæ. *Quoniam commercium habet, vt sup. tit. prox.*

Sed diuus Augustus Marcus. *Superest, Marcus. §. 1. Quib. non est per. fac. test.*

*Qui de statu. L. de statu. de testam.*

Mutus, surdus, *Surdus mutus ita natus, testamentum facere non potest. Surdus mutus ita factus, testamentum facere potest, si sciat literas. Aequè surdus ita natus aut factus, testamentum facere potest: itemq; mutus ita natus aut factus, si sciat literas. Cæterum hæc est Iustiniani constitutio, ex qua in l. nutu, de leg. 3. additum est, Nisi superueniens morbus ei impedimento sit.*

*Quoniam commercium. Quamquam hæc ratio deficiat hodie, non tamen habet prodigus testamenti factiorem: nimirum quia non tantum commercio ei, sed etiam bonis suis interdicitur. Ait enim prætor, vt est in formula interdictionis, OB EAM REM TIBI EARE COMMERCIOQUE INTERDICO. Eare, id est, bonis paternis auitisq;.*

*Certæ ciuitatis sciens. Lego', Certæ ciuitatis ciuis est. vel, certæ ciuitatis sit.*

*Vt aduersus leges. Aduersus pro secundum, positum est: vt sit, secundum leges. Sic in tit. 28. Bono. possessio aduersus tabulas, quæ iuxta tabulas in titu. 23. Sic in l. naturaliter. de vsur. & vsuc. Caius ait, Possessionem non tantum aduersus eum interrumpi qui eripit, sed aduersus omnes: id est, non ei tantum vtilem esse vsucapionem qui eripit, sed etiam omnibus: id quod intelligi potest ex titu. quemadmod. seruitut. amitt. in quo mul-*

*tis*

*tis in locis ostenditur, seruitutes vsurpari per socium, & quemcumq; possessorem, per eum etiam qui se suo iure vti non putat.*

*Seruus publicus prætorisue. Legendum, Seruius publicus P. Romani. cui non absimilis error est in titu. 24. Plus ergo iuris habent serui publici P. Romani, quàm aut ciuitatum, aut priuatorum serui.*

## X X I.

**Quemadmodum heres institui debeat.**

*Cur hæc institutio plerisque improbata est, HEREDEM INSTITVO, HEREDEM FACIO? vtrum quia sola lex heredem instituit, heredem facit? an quia hæc verba plerisque videntur non esse directæ? Sed hæc verborum solemnitas abolita est. l. quoniam. C. de testam.*

## X X I I.

**Qui heredes institui possunt.**

*Quia peregrinus est, cum quo testamenti factio non est, siquidem. Ex his quæ diximus in titu. 17. apparet ita hunc locum emendari oportere, Quia peregrinus est, cum quo testamento factio non est Latinus Iunianus, siquidem mortis, &c. Nam cum Latino proculdubio testamenti factio*

*Etio est: alioquin, nec si intra diem cretionis ciuis Romanus fiat, rectè heres instituitur, §. in extraneis. de hered. qual. & diff.*

*Nec municipia nec municipes. Plinius libr. 5. Epist. nec heredem institui, nec præcipere posse Rempub. constat.*

*Neque pro libito de herede cernere. Videtur legendum, neque pro herede gerere: nam aut cretione, aut pro herede geritione heredes fiunt.*

*Senatusconsulto tamen. L. 1. de libert. vniuers.*

*Denique hoc S. C. Senatusconsulto Aproniano, quod factum est temporibus D. Marci. l. omnib. ad Trebell.*

*Meliensem. Aut Melitensem, aut à Melio vrbe non procul ab Euphrate.*

*Cælestum Salinensem. Tertullian. aduersus Gentes, Vnicuique etiam prouincia & ciuitati suus Deus est, vt Africa Cælestus. De eo etiam damone Saluianus scribit lib. 8. de prouid. Dei. & Ambrosius in Epist. ad Valent. Imp.*

*Cum libertate, vel sine libertate. Si cum libertate, socio ad crescit: si sine libertate, seruus communis est heredis & socij. l. verum. §. si seruum. pro soc.*

*Quod non proficit ad hereditatem capiendam. Nisi intra diem cretionis ciuis Romanus fiat.*

*Eos tamen quorum cum dominis. Si cum domino est testamenti factio, est & cum seruo: vice versa, si cum*

si cum domino non est testamenti factio, nec item est cū seruo. l. seruus hereditarius. l. non miminus. de hered. institu. Caterum ex persona serui id quod relinquitur valet, id est, si ei libero relictum valeat. Ex quo efficitur, vt seruo legari non possit seruitus ad fundum domini, l. & si maximè. de seruit. leg. contrà vt possit legari res domini, quamuis res sua domino legari non possit. l. debitor. §. seruo. de leg. 2.

Quod si ab ipso testatore. Alienatione, manumissione libertas reuocatur, non hereditas: cui rei non obstat regula l. si ita scriptum. de lib. & postu. talis namque est, seruo cum libertate ex asse herede instituto, libertatem seruo eadem testamento à semetipso adimi nō posse, vt in l. sed & si conditioni. in fin. de hered. institu. Ibidem scriptum est, hereditatem adimi non posse, quod falsum est. at lego, Qua constitutum est libertatē. In libertatis & hereditatis nominibus, sæpius Legum auctores errare contingit.

Omnino non constat. Hodie constat ex constitutione Iustiniani.

Tam naturales. Hi sunt sui naturales, reliqui sui non sunt naturales, vt inf. tit. vlt.

Scriptis, Legendum, sed scriptis. §. 1. de exheredi lib.

Posthumi quoque liberi cuiuscumque sexus. In natis differentia est sexus & personarum, in postumis non item. Denique omnes postumi præteriti si nascantur, rumpunt, filij statim ab initio iniustum faciunt: vtrumq; sit iure civili: iure pratorio vtrisque datur contra tab.

Rum-

Rumpitur. Legendum, Rumpunt.

Eos qui in utero sunt. Postumi sui sunt, qui post mortem, aut post testamentum sui nascuntur, vel quasi nascuntur: nati post mortem ex iure antiquo instituuntur, nati post testamentum, ex iure nouo, id est, lege Iulia Vellea. De his qui quasi nascuntur, non est questio, an institui possint, quia nati sunt tempore testamenti, de quibus lex Iulia tractat in secundo capite: at nati non sui post testamentum, succedentes tamen in locum sui, moribus institui possunt, id est, ex Iuliani sententia. l. Gallus. de lib. & postu. Postumi alieni iure ciuili, id est, xij. Tab. institui non possunt, sed neq; eis legari potest: iure pratorio institui possunt: iure pratorio legata capere non possunt, quia pratori cura legata non fuit: at si ei commissa capere possunt: ex Iustiniani constitutio. cum eis, quasi ex iure ciuili, testamenti factio est. Hæc ut breuia ita absoluta sunt.

Ex iure ciuili. Lege xij. Tab. quod ius antiquum dicitur in l. Gallus. Huic autem iuri & Galli consilium congruit.

Sed tutius est tamen. Ergo postuma femina inter ceteros cum adiectione legati, ne per obliuionem omissa videantur: postumi maris cuiuscumque gradus nominatim. §. postumi quoque. de exhered. libe. superstites, præter filium, inter ceteros sine adiectione legati, quia superstitem non æquè obliuiscimur. Sed hæc Iustinianus emendauit.

Mancipatos liberos. Emancipati & mancipati rectè dicuntur: sed mancipati nomen in malam partem accipi potest. Plinius lib. 4. Epistol. Filium regulus emancipauit, ut heres matris existeret. Mācipatum (ita vul-

gò ex moribus hominis loquebantur) fœda & insolida parentibus indulgentia simulatione captabat.

Inter necessarios. Sui beneficium abstentionis habent: necessarij beneficium separationis, abstentionis non aequè. Separatio facit, vt ne vaneant, quæ postea à sibi heredes adquisierit: abstentio, vt ne sit heredis loco.

A&tionem. Pro a&tionem, vt in l. 2. §. tutor. §. procuratorem. pro empt. l. si existimans. de vsurp. & v. suc. l. 2. §. fin. de col. bon.

Cretio est. Hereditas acquiritur cretione, aditione, pro herede geritione, immixtione, agnitione. Cretio, est eorum qui sub cretione heredes instituuntur. Pro herede geritio, eorum qui sine cretione, vel etiam cum cretione imperfecta, ex constitutiõe D. Marci. Immixtio, est necessariorum & suorum. Agnitio nuda hodie est in vsu tam in ciuili, quam in pratorio iure. §. vltim. de heredit. qualit. & diff. §. vltim. de honor. possess. Sublata est cretio à Constantino in maternis successioneibus. l. 1. C. Th. de mat. bon. & mat. gen. cret. sub. ab Theodosio penitus. l. cretionum. C. de iur. delib. l. 1. C. Theo. de cret. vel bon. poss.

Cernitoque. Id est, facito vt videant te esse heredem. sic Varro interpretatur in libr. 5. de ling. Lat. Itaque, inquit, in cretione adhiberi iubent testes.

Quibus scieris poterisque. Sunt igitur utiles dies, non continui, l. 2. Quis ord. in bono. possess. ser. Inde M. Tullius li. 1. de Orat. De his, credo, rebus, inquit Crassus, vt in cretione scribi solet, quibus sciam poteroque quem feliciter nobis locum Franc. Hotomanus emendauit vir ingenij probi & recti. Est similis error in lib. Gratiani. cap. ius Quiritium. 1. dist. vbi loco horum verborum,  
Vel

Vel curationibus, vel de contractibus, scribendum est, vel curationibus.

Nisi ita creueris exheres esto. In suo, aut emancipato herede non scripto exheredatio valet, quia hic pratorio, ille civili iure heres est: in extraneo herede non scripto exheredatio inanis est. l. quidam. de verb. oblig. l. non putauit. §. si quis emancipatum. de bono. poss. contra tabu. in scripto valet, ut in hac formula. & in l. pater familias. de hered. instit. l. Seius, ad leg. Falc. l. uxorem. §. heres. de leg. 3.

Vulgaris. Legitima & utilis.

### XXIII.

Quemadmodum testamenta rum.  
puntur.

Item agnatione. Agnatione ex iure antiquo, si nascantur post mortem: ex iure nouo, si in vita: successione, ex iure nouo: nam iure antiquo sui nascuntur, non fiunt. Ait verò lex noua, In locum suorum sui heredes succedunt. l. Gallus. §. videndum.

Aut manumissione. Filius tribus emancipationibus, & tribus manumissionibus sui iuris fit: ceteri liberi vna emancipatione. Singula manumissiones alijs diebus, alijsq; adhibitis testibus fieri possunt, auctore Paulo libr. 2. sentent. Igitur post primum & secundam manumissionem filius prateritus rumpit testamentum patris, quia in eius potestatem reuertitur. Ceteri liberi semel emancipati, iam amplius non redeunt in potestatem, & ideo nec patris testamentum rumpunt. l. verum. §. vlti. de iniust. testa.

Si non ibi decesserit. Legendum. Si verò.

Ex lege Cornelia. Ex lege Cornelia, vtrumque sit fictione quadam: nam re vera captiuitate, irrita testamenta sunt. Duplex igitur est fictio, Postliminij, & Cornelia. hæc iuris ciuilis est: illa iuris gentium: hæc retrò fingit tempore captiuitatis eum decessisse, qui nõ redijt: illa verò in ciuitate fuisse eum qui redijt. Lex xij. Tabu. ciuibus Rom. constituit heredes testamentarios & legitimos: lex Cornelia captiuis.

Si nemo alius iure. Iure legitimo, vel ab intestato. Quòd si alius iure heres sit, vt si existat filius præteritus, secund. tab. bonor. possess. erit sine re. Verùm enim quia vtcumque secundum tabu. dari potest, quamuis iure ciuili nullum sit testamentum: iure prætorio necessaria est filio contr. tabul. bonor. possess. Restat autem vt ex iniusto nullo, rupto agnatione, detur bonor. possess. item ex irrito, si modò reuersus testator in antiquum statum non mutata voluntate è vita decesserit. Nam tria exigit prætor: vt non minus quàm septem testium signis obsignatum sit testamentum: vt is cuius bonorum possessio datur, mortis & testamenti tempore testamenti factionem habuerit: denique vt supremum testamentum sit, §. non tamen. Quib. mod. test. infirm. l. 1. de bon. posses. secundum tab.

Cum re. Hoc explicatur in titu. 28. l. filijs. C. de inoffic. test.

Aut proprio iure. Hæc est pupillaris substitutio, illa vulgaris: hæc moribus, illa xij. tabul. introducta est: hæc pubertate, illa aditione finitur: hæc succeditur pupillo, illa testatori: hæc fit in euentum adquirenda hereditatis & mortis, aut in euentum mortis dumtaxat, illa  
in



*in euentum non adq̄sita hereditatis. Ex constitutione autem diuorum fratrum omnis substitutio facta pupillo, duplex est.*

*Etiam exheredatis. Substitutio plerumq̄, estimatur ex ratione successionis. hac ex ratione scriptura estimatur, non successionis. proinde in ea ordo scripturae obseruatur: & ita intelligendum est initium §. prius. l. moribus. utpote cum pendeat ex §. quisquis. & §. interdum. quos si quidem quis diligenter excutiat, inueniet ad eam dumtaxat substitutionem pertinere, quae fit exheredato. Ac inde in fin. §. prius, ait, Quod igitur dictum est, etiam exheredatis liberis (sic enim legendum esse scio) substituere licet, ideò adiectum est, ut declaretur non esse à filij impuberis testamento incipiendum: quando quidem si ab eo incipias exheredato, hoc non est substituere. Denique odiosa hac substitutio est. l. cum quidam. l. C. de legat. & ideò rigor iuris, id est, ordo scripturae, qui in cæteris relaxatur, in ea diligenter custoditur. Sunt & quamplurima alia exempla substitutionum, quae ex scriptura estimantur, non successionem: ut in formula Galli, in specie l. cum ex filio. §. vltim. l. sed si plures. §. vltim. i. de vulg. substit. ut verè quis ita statuere possit. Substitutus est is, qui secundo loco scriptus est, quamuis ei non succedat, qui primo loco heres scriptus est. Substitutus est is, qui secundo loco scriptus est, etiamsi ei post mortem testatoris primò deferatur hereditas. Substitutus est is, qui semel atque iterum heres scriptus est, quamuis ei non nisi semel deferatur hereditas.*

X XIII.

De Legatis.

V

3

Id est

Id est imperatiuè. Imperatiua verba, sunt verba directa. l. quoniam. C. de testam.

Per præceptionem Hoc modo heredibus legatur, vt in iudicio familiae erciscundæ, quod legatum est, præcipiant, hoc & prælegatum dicitur & præcipuum. Sid. Apoll. libr. 6. Epistol. Illud autem deberi tibi quodam, vt Iurisconsulti dicunt, præcipui titulo.

Et heredis eius. Non etiam alienæ: quod tamen perperam additum est apud Caium lib. 11. Institut. titu. de leg.

Quæ etiam per vindicationem. Hæc ita distinguenda sunt, Quæ etiam per vindicationem. Si ea res, &c.

Vt quod minus pactis. Id est, conceptis & legitimis verbis. Cicer. pro Rosc. Comæ. Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur. Arnobius lib. 7. contra gentes, Quam cum pactiõibus adorant & formulis.

Optimum autem ius. Nempe quia laxius & expeditius est. Sic optimum ius vsurarum in l. 1. C. de vsur. optimum ius possessionis. l. fideiussor. §. pater. de vsur.

Si duobus eadem res. Hæc quoq; diuelli debent à superiore sententia.

Si quidem disiunctim. Disiunctim legatur, si re tantum legatarij iungantur: coniunctim, si re & verbis. §. si eadem. de leg. tit. de cad. toll. tit. de vsufr. ad cresc. verborum coniunctio aut pro nihilo, aut pro dupl. ci coniunctione accipitur.

Singulis in solidum debentur. Legendum, Singulis partes debentur. & hoc Iustinianus indicat in §. sui autem disiunctim. Cod. de cad. tol. Paulus in sententijs.

sentijs. Caius in Institut.

Non currente. Legendum. Non concurrente.

Si per damnationem. Re coniuncti sunt, quibus eadem res disiunctim per vindicationem legatur, quoniam à principio solidum, concursu partes habent. proinde re coniunctis ad crescit definentium portio, idq; sine onere. Re coniuncti non sunt, quibus eadem res disiunctim per damnationem legatur, quoniam solidum singulis debetur, vni res, alteri pretium: ideoq; nec ius ad crescendi inter se habent: Sed de constitutione Iustiniani eodem iure est damnationis, quo & vindicationis legatum. Re & verbis coniuncti sunt, quibus eadem res coniunctim per damnationem legatur. nam & concursu partes habent, & ius inter eos ad crescendi est, cum onere tamen. Re & verbis coniuncti non sunt, quibus eadem res coniunctim per damnationem legatur: quoniam singulis ab initio partes debentur. proinde siue disiunctim, siue coniunctim per damnationem legatum sit, numquam inter eos versatur ius ad crescendi. Ius ad crescendi cum dicimus, ius antiquum dicimus. Ius caduci, ius nouum est. & hæc est sententia huius loci. Hinc verò apparet l. coniunctim. de legat. 3. de legato vindicationis. l. planè. §. si coniunctim. de legat. 1. de legato damnationis accipiendum esse. Sed hoc idè in eis locis suppressum est, quòd iam sublata essent ab Iustiniano legatorum differentia: non tamen ita ab eis locis sublata sunt, vt hæc manifestò supersint huius differentia vestigia, quæ prima specie, quasi contra se stare videantur, vt planè iam ex eo appareat, quàm hebetes aut indulgentes fuerint hi, quibus studiū fuit Pandectarū capita ex veterū Iurisconsultorū libris decer-

V 4

pere.

pere. Caterum & id quod diximus de legato damnationis, nominatim traditur in l. 7. de legat. 2. vnde & in l. huiusmodi. §. si Titio. l. si duobus. de legat. 1. optimo iure legatum fuisse necesse est vt statuamus: alioquin pars vacans ad crescit coniuncto, cum quo partes per concursum fiunt. Quod deinde sequitur in §. si coniunctim, Sed si in pupillari, ad re coniunctos pertinet, qui concursu partes habent. vnde in extremo ita scriptum oportu oportuit. Interim igitur totum, quod & AZO & Hugolinus intellexerunt.

Optione autem legati. Hic locus mirum in modum deformatus est. Ipse ratione iuris ductus, sic emendavi, Optione autem legati per vindicationem data, legatarij electio est: veluti, Hominem optato, eligito. Idemque est si tacite legauerim Titio hominem. At si ita. Heres meus damnas esto hominem dare, heredis electio est. Si tacite, id est, non data optione. Homine igitur per vindicationem generaliter legato, legatarij electio est, l. legato. de legat. 1. per damnationem, heredis. l. si a substituto. §. 1. eodem. Similiter in disiunctiuis legatis electio est legatarij, si per vindicationem, l. plane. §. penul. de lega. 1. l. Lucio. de legat. 2. heredis, si per damnationem. l. si is cui. l. si ita relictum. §. vlt. de lega. 2. Et hac quidem dua differentia non sunt sublata, quia inducuntur ex voluntate testatoris.

Pœnæ causa. Quemadmodum superiores dua sententia, ita & hac à Iustiniano sublata est. Hodie igitur valet legatum tale, Heres meus si Stichum alienauerit, Caio centum dato. Non idem est, si impossibile, probrosum, illicitum sit legatum: veluti

Si

Si mare non ebiberis, Titio centum dato. Si sororem uxorem non duxeris, aut si pupillam filio nuptum non collocaueris, Titio centum dato. §. fin. de legat. in l. 1. de his quæ pœn. caus. relio. Hæc verba, Illicitè vel probrosè, sunt Triboniani.

Vt faciat quidam. Puto legi deberi, Quid, non quidem.

Vt negotia. Lego, Cùm negotia.

Legatum ei tantum dari potest. Hic quoque locus valdè corruptus est. Lego, Cùm ab eo tantum dari potest, quia ex sua persona heres est. Ideoque. & quæ sequuntur.

In potestate manu mancipiove. In potestate est filius familias, in manu vxor mater familias, in mancipio seruus.

Partito diuidito. Malim, Partito, diuidito.

Quo casu dimidia pars bonorum. L. nomen. §. partitionis, de verb. signifi. Partiaris legatarius partis suæ commoda, & pro parte sua onera sustinere debet. l. cùm filius. §. 1. l. si quis seruum. §. fin. de leg. 3. & in eam rem partis & pro parte stipulationes interponuntur. §. sed quia, de fideicom. hered. & in tit. prox. Quòd si ita legatum sit, Bonorum meorum partem tertiam, non est partitio. Non affero capita legum, quæ sunt notissima.

Id est partis. L. etiam partis, de vsufr.

Senatusconsulto. Huius S. C. fit mentio in tit. de vsufruct. ear. rer. l. 1. l. uxorem, de vsufruct. leg. l. vlt. vsufruct. quemadmod. caueat. l. vsufructu, ad legem Falcid. l. 1. C. de vsufruct. §. constituitur, Instit. eod. S. C. opus fuit, quia neq; naturali, neque ciuili iure earum re-

rum est vsufr. quæ sunt in abusu. Senatus autem id satisfactionibus explicat: quæ in rebus difficillimis certissima sunt iuris subsidia. l. vsufructu, solut. matrim.

Prætoriani. Legendum, P. Romani. l. omnibus, ad Trebell.

Auctore Adriano. Immò fortasse Marco. l. cum Senatus, de reb. dub. Est in proprijs nominibus facillimis auctorum lapsus.

Dum tamen eodem modo. Sic de libertate in tit. 2. exempla hæc sunt, Do lego. non do, non lego. heres dato, heres non dato. l. nisi, de accept.

Ex a pertis tabulis. Sunt huius iuris vestigia quedam in l. eum qui post. l. in testamento, de condit. & demonstrat. l. fin. de donat. caus. mort. l. 3. §. fina. l. qui soluendo, de hered. institut. Hodie verò ius antiquum sequimur, cuius iuris regula quedam est Catonis regula: ad ea namque pertinet, quæ à morte testatoris cedunt: ad novas leges, id est, ad leges Papias non pertinet, ex quibus ex apertura tabularum legata cedunt. l. vlti. de regul. Caton. nam neque ad ea pertinet, quæ ab aditione vel ab euentu conditionis cedunt.

Repetitio non est. Immò repetitio est. l. 2. & 3. de condi. indebi. l. fideicommissum. C. eod. l. error. C. ad leg. Falcid. & in Pauli sententijs, lib. 3. tit. 9. Aut igitur hæc sententia accipienda est de legatis damnationis: quibus adijci possunt legata incertis personis soluta. §. fin. de oblig. quæ ex contract. §. incertis. de legat. aut, quod magis est, negatione abundat.

## XXV.

### De Fideicommissis.

Non

Non ciuilibus verbis. *Directis verbis, vt in l. ver-  
bis, de vulg substit.*

Etiam nutu. *L. nutu, de leg. 3. secus tamen est in  
legato. Secus, inquam, est in legato iure antiquo.*

Fideicommissum relinquere. *Idem Vlpian. in  
l. 2. de legat. 1. quæ si quærantur exempla, coniungenda  
est cum l. 1. de legat. 3. nam ex eodem libro sunt am-  
ba.*

Post mortem heredis. *L. si fuerit, de lega 3. hoc  
autem tacitè fieri potest, non nominatim, vtputa à Titio  
substituto exheredati legatarij, l. cum quidam. C. de le-  
gat.*

Item Græcè. *L. fideicommissa, in princip. de le-  
gat. 2.*

Licet legatum Græcè. *Quæ sunt iuris ciuilibus La-  
tina, quæ iuris gentium qualibet lingua. l. an inutilis, in  
fin. de accept. Testamēta igitur Latine fiunt, vnde me-  
ritò dubitatur in l. qui testamento. § veteres, de testa-  
ment. an testes ad testamentum adhibiti, Latine scire  
debeant: sed hoc Imp. emendarunt. l. hac consultissima.  
§. fin. de testam. l. vlt. C. de testam. tut. l. directas. C. de  
testam. manum. Si quandoque stipulationem contendas  
esse iuris gentium, hæc verè mascula erit ratio. nam sti-  
pulatio qualibet lingua semper fieri potuit.*

Quamuis directò heres. *In confirmatis omnia  
directò relinqui possunt excepta hereditate.*

Per formulam. *Per actionem, vt formula hypothe-  
caria, & in tit. 19. formula communi diuidundo, fami-  
liæ erciscunda, finium regundorum. Actio porrò nihil a-  
liud est, quàm formula.*

Qui fideicommissarius. *§. 1. de fideicommiss.  
hered.*

Qui fideicommissarius. §. 1. de fideic. hered. l. is cui legatum, de condit. & demonst. l. Licinius. quib. ad. libert. procl. non lic. l. quæsitum, §. pen. de legat. 3 l. 2. C. qui pot. in pig. l. 2. de orig. iur.

In prouincijs verò. L. cum etiam. C. de reb. cred. Hodie fideicommissa per actionem petuntur, & omnino sublata sublata sunt à Iustiniانو legatorum & fideicommissorum differentia. Quod est in l. 1. de leg. 1. Per omnia. Triboniani est: cetera Vlpiani.

Vel deducta parte. Lego, vt: Hac verò de Pegasiano & Trebelliano fusiùs explicantur in Institutionibus Iustiniани, neque desiderant interpretationem meam.

Tacitam fidem. Tacita fides est, si quis non palam rogatus, in fraudem legis tacite promittat, se id quod accepit, cælibi aut orbo redditurum. l. in fraudem, de his vt indig. l. tacita, de leg. 1. Extat præclarum exemplum taciti fideicommissi apud M. Fabium Quintilianum Auum in Declamat. 315.

Senatus censuit. Placiano S. C. l. beneficio, ad legem Falcid. Igitur si de hereditate incapaci restituenda promiserit, primum omnium hereditas fisco vindicatur; nec si exhausta sit hereditas, Falcidia retinetur: verum Falcidia fisco applicatur ex rescripto D. Pij. l. 3. C. ad leg. Falcid. l. heres. D. de his quib. vt indig.

Si liberos habeat: Scriptum oportuit, Si ex liberis existat. idq; liquidò constat ex his quæ dicta sunt, tit. 18.

## XXVI.

### De legitimis hæredibus.

Cui suus extabit heres nec. Hac sunt perturbata. Le-



ta. Legendum est, Ac si intestatus moritur, cui suus heres nec extabit. & hac prima legis verba Paulus interpretatur in l. si quis postumos. §. pen. de libe. & posthum. reliqua in l. pronuntiatio, de verbo. sign. Apparet autem ex hac xij. Tabul. lege suorum nomen esse ex xij. Tab. quod & Callistratus tradit in l. liberorum, de verb. signif. Hos enim omnes, inquit, suorum appellatione lex xij. Tab. comprehendit. Igitur in l. vlt. de bon. damnat. In iure ciuili, id est, in xij. Tabul. possum similia exempla proferre quamplurima, in quibus ius ciuile pro xij. Tab. accipitur.

Si defunctus sit filius. Legendum, Si defuncti sit filius, & ex altero filio iam mortuo nepos. §. cum filius, de here. qui ab intest. defer. Sensus hic est, Nepotes ex filio iam mortuo, auo in stirpes cum patruo succedere. Planè sunt hæ perpetuò liberorum linea obseruanda regula, Proximior vltiorem non excludit, Hereditates pro stirpibus diuiduntur, non pro virilibus portionibus.

Quamdiu suus heres. Hæc antiquorum definitio est. l. 3. si pars hered. petat. l. pen. vnde legit. l. cum quidam. §. 1. de adquir. hered.

Agnatorum hereditates. Ergò superiores duæ regulæ in agnatorum serie non obseruantur, nam & si sit frater, & filius fratris iam mortui, frater solus succedit. §. hoc etiam. §. si plures, de legit. agnat. success. Ex Nouella Iustiniani frater non profertur, atque vnà fratrum filij in stirpem succedunt. Vltià fratrum filios in capita fit diuisio, quod & ipsos fratrum filios nullis concurrentibus fratribus obseruari Constantinus probat lib. 5. Epitom. & verum est.

Si plu-

Si plures. *L. si ex pluribus, de suis & legitim. hered.*

Quod si nemo. In suis, in legitimis non esse successio. quia, ut Paulus ait lib. 4. Sentent. omnis legitima successio proximiori defertur. In honorarijs est successio, ut ecce, non petente auunculo magno, succedit propior sobrinus. l. 2. C. de success. edict. At filio non adunte, nepos non admittitur, nisi ex iure pretorio ex parte, Vnde liberi Et constitut. Iustiniani in suis & in legitimis est successio. §. placebat, de legat. agnat. succ. & in legitimis tutoribus est successio. l. 3. §. penultim. de legit. tut.

Impp. Antonini. *L. sacratissimi. ad S. C. Tertyll. quam & S. C. secutum est quod dicitur Orfitianum.*

Ut sine in manum conuentione. Etiam si vulgò quaesiti sunt liberi.

Ex S. C. Tertulliano. *Quod factum est D. Pij temporibus.*

Qui ve inter suos Vtputà emancipatus.

Neque pater, ad quem lege hereditas. Hereditas, aut bonorum poss Vnde legitimi, si in emancipatione manumissor extiterit.

Bonorumve possessio. Vnde decem persona, si emancipatione manumissor non extiterit. l. si ad patrem, de suis & legitim. heredib. §. sunt autem, de bonor. possess. Sic ex testamento si praeteritus sit, non manumissori datur querela. l. 1. §. fin. si à paren. quis fuer. manumiss. manumissori bonorum possessio contra tabul. ut manumissori, querela ut patri. l. si à milite. §. final. de milita. testamen. l. pater filium. l. filio. §. 1. de inoffic. testamen. ex Iustiniani constitutione pater pro manumisso-

numissore semper habetur, id est, contraxisse fiduciam semper videtur.

Ad utrasque. Ad matrem pro dimidia, si filia decesserit, pro virili, si filius. l. 2. Cod. Theod. de secund. nupt. Sed hac ut sint à Iustiniano mutata, vide in Institutionibus. Nobis id potissimum in animo fuit, ut ius antiquum explicaremus, cuius cognitio studioso iuris novi non utilis tantum, sed etiam necessaria est. De iure nouo eadem via faciente Deo quandoque differemus, qua & ius antiquum aggressi sumus.

## X X V I I.

De liberorum successionibus  
vel bonis.

Ad liberos patronorum. L. si libertus preterito. §. vlt. de bon. libert.

Legitimæ hereditatis. Hæc sententia de ingenuorum hereditate accipienda est. l. capitis, de suis & legitim. heredib. non libertorum. l. si libertus preterito, in princip. eademque de tutela legitima diximus titul. 2. Nec verò quisquam ex inscriptione huius tituli argumentetur: nam eæ sectiones non sunt Vlpiani, quinimò sunt omnia, meo iudicio, legenda vno contextu, eis quidem certè nihil est inconcinnius.

## X X V I I I.

## De possessionibus dandis.

Intesta-

Intestati. Legendum, aut intestati.

Emancipatis. Immo & suis. Sed non est necessaria iure civili.

Non tamen ex illis. Eos qui in adoptiva familia sunt, Prator non nouit. non vocat inter suos. Unde consequens est, inter legitimos quoque eos non vocari. nam qui non sunt, proculdubio nec legitimi sunt. l. scripto. vnde libe. l. de bonis. §. primo. de Carbonia. edict.

Patribus. Manifestum nst, legi debere, fratribus. Cauere autem debent, vel re ipsa conferre.

Scilicet si eorum quibus contra tabulas. Nam prior est contra tabulas, quam secundum tabulas. inde ex prima parte, vel ex primo edicto bonorum possessionem dari, id est, contra tabulas, l. ideoque. l. scriptus, de Carbonia. edict. l. 2. de bonis libert.

Etiam si iure civili. Inde edictum translaticium Verris, Si de hereditate ambigitur, & tabula testamenti obsignata non minus multis signis, quam e lege oporteat, ad me proferentur: secundum tabulas testamenti potissimum hereditatem dabo. qua de re & in titul. 23. diximus.

Septem gradus. Omissa est bonorum possess. vnde decem persona: sed si pater manumissor sit, sanè verum est, septem dumtaxat gradus esse.

Secundo legitimis. Inter quos & patroni sunt, patronorumque liberi.

Quarto

Quartò familiæ Id est, agnatis patroni, hæc dicitur, tum quem ex familia: sic enim lego in Institutionibus Iustiniani.

Si nemo sit. Hoc est initium alterius sententia.

Ex lege Iulia Caducaria. De hac in l. quidam. §. quotiens. de legat. i. item in l. ergo. §. eadem constitutio. de fideicommiss. libert. in illo loco, quare & si caducis legionis, vel, ut alij Codices habent, caducis legionibus, bona delata sint, idem erit probandum: nam caducarijs legibus, legendum esse omni asseueratione confirmamus, id est, legibus Iulij: quæ enim delata dicuntur, legibus delata ut sint necesse est. denique hoc significat vacantibus bonis fisco vindicatis constitutionem cessare, ut in l. quod Diuo. de manum. testament. hæc verò nota Cod. leg. errori causam dedere.

Ex successorio edicto. Successorium edictum eo dicitur, quòd det successionem inter bonorum possessores: quamquam & eam quoque clausam contineat, quæ desinit tempora petendæ bonorum possessionis. Caterùm ex illa potissimum parte appellationem sumit, quæ in locum eorum, qui intra tempora petitionis bonorum possessio. non admiserunt. sequentes vocantur, qui & ob eam causam ex successorio edicto, ex successoria parte, ex beneficio successorij edicti, ex successorio capite venire dicuntur. l. vltim. l. i. §. sed videndum. de success. edict. l. vlti. C. eod. l. i. §. penu. de iur. & fact. ignor.

L. suus hæres intestato. Hæc ab interpunctionibus

X

nibus

inibus mendosa sint: nam sic distingui ea oportet, Si suus heres intestato sit, bonor. possess. finire est, cum & cæt.

## X X I X.

### De bonis libertorum.

Ciuis Romani. In Latio secus est. §. vlt. de success. libert.

Aut vt nihil. Legendum, & aut nihil. §. i. de success. libert.

Aeque partis dimidiæ. Hac est quinti gradus bonorum possessio: quæ & nullis extantibus suis heredibus patrono dabitur, si bonorum possess. Vnde legitimi nõ admiserit: nam sibi ipsi succedi posse iam pridem receptum est. l. i. §. sed an, de success. edict.

Ex edicto datur. Nam de liberto prætor edixit non liberta, & de suis heredibus, quales fœmina non habet.

Hereditas pertinet. Ergò lege xij. Tabul. non prætoris edicto. quæ sequuntur, ita restituenda sunt, erat omni ex parte hic libellus miserè deprauatus. at hæc ita restituenda sunt, nam licèt liberi sint libertæ, quoniam non sunt sui heredes matri, non obstant patrono. Lex Papiæ Popæo libertas. Ait, non obstante patrono. hoc utique verum est antiquo iure. nam post S. C. Orfitianum liberi intestatæ libertæ patronos excludunt. l. i. in princ. & §. si nemo. ad Tertyll.

Virilis

Virilis pars. Eadem lex cauet, vt liberto testato vel intestato defuncto relicto vno vel duobus libertis patronus virilem, relictis tribus vt nihil auferat, & vt ita demum, quando pauciores sunt, quàm tres viriles auferat, si libertus centenarius sit. §. postea, de success. liber. ex quibus apparet, quantum inter libertum & libertam intersit. quod & Valent. in Nouell. de libertis, probat.

Fœminæ verò. Iure antiquo, quo & hodie vtimur, inter libertos patroni nulla est differentia sexus. Prætorio iure plus tribuitur masculis, quàm fœminis.

Non naturalis. Pro, non naturales.

Patronæ. Est differentia inter patronum & patronam, non quidem ex xij. Tabul. sed ex lege Papia. nam licet nullis extantibus suis heredibus, quo casu locus est lege xij. Tabul. idem patrona ius, quod patrono sit, iure tamen prætorio non aliter patronæ datur honorum possessio contra tabulas, vel ab intestato contra suos heredes non naturales, quàm si ingenua duobus, libertina tribus liberis honorata sit.

Liberis honoratæ. In §. præferuntur, de S. C. Tertull. vulgò legitur, mater liberis onerata, sed vt in hoc loco, ita in eo auctoribus etiam scriptis libris legendum est, honorata. Theoph. in §. sed cum antea, eod. tit. dixit, κακοσμημένη.

Quod ipsi patrono. Legendum, patronæ.

IACOBVS CVIACIVS has ad Vlpianum  
Notas scripsi, tibi quæ I. Amariton, dicaui, quo neque  
X 2 gratio-

gratiorem mihi, neque, meo iudicio, qui ea qua recta sunt, acutius prospiciat, vehementius amplectatur, religiosius colat, nostra quemquam schola fert. Non erit ea res mihi damno, si tu pro eo ac ipse cupio eis utare pro tuis. nam etsi per exiguum sit ingenium mihi, diligentia tamen mea breui, ut spero, tibi & iuris studiosis & Reipubl. nostra ampliora beneficia prestabuntur.

*Antonia*  
**FINIS.**

*Linguis Antonis*  
*Linguis*  
**LAVS DEO SEMPER.**













1

CULACIO  
NOTAE  
AD LIBROS  
QUATUOR

1/15781